ὁ Ἀσκαλωνίτης δι' ἀσπιδέος[44]) *ἐπεὶ ἐπιφέρει 'ἀνά τ' ἔντεα καλὰ λέγοντες' τοιοῦτό τι λέγων τοῦ πολλὰς ἔχοντος ἀσπίδας. ὁ δὲ Ἀλεξίων καὶ ἀμφότερα κρίνει, καὶ ἀσπιδέος καὶ σπιδέος. ὅτε Ἀρίσταρχος ἐκεῖνο ἀποφαίνεται, ὡς ὅτι τινὲς μὲν ἀπὸ τοῦ ᾱ ποιοῦνται τὴν διαστολήν, ἵν' ᾖ ἀσπιδέος, ὡς εἰκαστικώτερον τοῦ ποιητοῦ ἀσπιδὲς τὸ πεδίον εἰρηκότος, τῷ*[45]) *τὰ μακρὰ τῶν πεδίων καὶ εὐρέα περιφερῆ φαίνεσθαι, μηδενὸς ἄλλου ὁρωμένου τέρματος, ἀλλὰ τοῦ ὁρίζοντος ἀέρος. ἄλλοι δὲ ἐκδέχονται ἀσπιδέος τοῦ ἔχοντος πολλὰς ἀσπίδας, καθότι*[46]) *ἐπιφέρει 'ἀνά τ' ἔντεα καλὰ λέγοντες'. οἱ δέ φασιν ἐκ πλήρους σπιδέος καὶ ἀποδιδόασι πολλοῦ καὶ μακροῦ. καὶ γὰρ Αἰσχύλος πολλάκις τὴν λέξιν οὕτως ἔχουσαν τίθησιν, ὅταν λέγῃ 'σπίδιον μῆκος ὁδοῦ'* (fr. 334)[47]) *καὶ ὁ Ἀντίμαχος 'οὐδὲ σπιδόθεν προνοῆσαι' τουτέστι μακρόθεν. καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ἀρίσταρχος. Κράτης δὲ προκρίνει τὴν διὰ τοῦ ᾱ γραφήν·* [*καὶ*][48]) *Ζηνόδοτος δὲ συναινεῖ τῇ δίχα τοῦ ᾱ γραφῇ, καί φησι σπιδέος τοῦ ἀπόρου καὶ τραχέος* [*καὶ μεγάλου*].[49]) *καὶ Ἀμερίας δὲ λέγει σπιδέος τοῦ πολλοῦ καὶ εὐρέος καὶ μεγάλου. κἀγὼ δὲ συγκατατίθεμαι τοῖς ἀνδράσιν· ὁρῶ γὰρ πολλὴν τὴν τοιαύτην χρῆσιν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. Α.*

De controversia *δι' ἀσπιδέος* an *διὰ σπιδέος* legendum sit, pluribus postea loquemur; *δι' ἀσπιδέος* scripserunt Aristarchus (Lehrs. Ar.[3] p. 153), Crates

---

44) *ἀσπιδέος* edd.; *ἀσπιδέως* cod.
45) *τῷ* edd.; *τὸ* cod.
46) *καθότι* edd.; *καθ' ὅτι* cod.
47) Cf. Eustath. p. 882.
48) *καὶ* del. Lehrsius.
49) *καὶ μεγάλου* del. Lehrsius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ptolem. Ascal; *διὰ σπιδέος* Zenodotus (Duentzer, de Zenod. stud. Hom. pagg. 30; 54) Amerias, Herodianus (cf. schol. *A*: *Ἡρωδιανὸς διὰ σπιδέος*), utrumque, ut vidimus, probat Alexio lite non dirempta. Mutilatum transiit adnotamentum in Etym. M. p. 271, 8. Cf. Eustath. p. 882, 53; Hesych. I, p. 302; Lob., Parall. p. 161.

50.

Herod. Prosod. Il. *A* 799 (L. II, p. 79, 28):

αἴ κέ σε τῷ ἴσκοντες ἀπόσχωνται πολέμοιο

[Achaeis opitularetur)

Τρῶες (verba Nestoris Patroclum implorantis, ut

ἴσκοντες: *Ἀρίσταρχος ἀξιοῖ διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφειν, ἐπεὶ ἐν ἑτέροις, φησί, τὸ κατὰ διαίρεσιν αὐτοῦ ὁρᾶται, ἐΐσκω λεγόμενον. ἐΐσκω πηγεσιμάλλῳ* (Il. *Γ* 197). *οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀλεξίωνα διὰ τοῦ ι μόνου συνεσταλμένου. κἀγὼ*[50]) *δὲ τούτοις συγκατατίθεμαι τὸ μὴ δύνασθαι τὰ τοιαῦτα τῶν ῥημάτων, λέγω δὲ τὰ διὰ τοῦ σκω, ἔχειν πρὸ τέλους δίφθογγον ἐκφωνουμένην, ὅτι μὴ τὴν διὰ τοῦ υ, πιφαύσκω. ὁ δὲ λόγος παραιτεῖται τὴν Αἰολίδα διάλεκτον διὰ τὸ μιμναίσκω καὶ θναίσκω.*[51]) *ὥστε ὅτε λέγει ἐΐσκω κατὰ διαίρεσιν, ὑγιῶς πάνυ ἀποφαίνεται, εἴγε παρὰ τὸ εἴδω ἐξέπιπτε μέλλων ὁ εἴσω,*[52]) *ὃς ὤφειλεν*[53]) *ἐπενθέσει τοῦ κ ποιῆσαι τὸ ἐΐσκω, ὡς μεθύσω μεθύσκω, δράσω δράσκω. ἀλλ' ἐπεὶ ἀνέφικτον ἦν χωρῆσαι*[54]) *τὴν τοιαύτην δίφθογγον πρὸ τῆς σκω παραγωγῆς, διαιρέσει ἐχρήσατο· ὅπου δὲ οὐ παραδέχεται αὖ τὸ τῆς διαιρέσεως*[55]) *ἐκεῖ ἐκβάλλει τὸ ε. A.*

---

50) *κἀγὼ* edd.; *κακὼ* cod.

51) *μιμναίσκω καὶ θναίσκω* edd.: *μιμνέσκω καὶ θνέσκω* cod.

52) *εἴσω* edd ; *εἰς ω* cod.

53) *ὤφειλεν* edd.; *ὄφειλεν* cod.

54) *χωρῆσαι* Lehrsius; *χωρίσαι* cod.

55) *αὖ τὸ τῆς διαιρέσεως* Lehrsius; *αὐτὸ ἡ διαίρεσις* cod. Dind.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De re conferri iubet Lehrsius schol. Herod. Il. *Π* 41 (L. II, p. 98, 20) et Choerobosc. orthogr. Cram. Anecd. Oxon. II, p. 268, 8. — Quod Aristarchus legit *εἴσκοντες* (v. Ludw. l. c. I, p. 337, 4) iustissime vituperatur Etym. M. p. 272, 13: *ὅθεν ἐπίμεμπτος Ἀρίσταρχος τὸ 'αἴ κέ σε τῷ εἴσκοντες' διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφων. ἴσκοντες·* cum Zenodoto (v. Duentz. l. c. p. 59) ad unum omnes et vett. et recc. legendum esse sibi persuaserunt.

51.

Herod. Prosod. Il. *M* 26 (L. II, p. 80, 17):

ὗε δ' ἄρα Ζεὺς
συνεχές. ὄφρα κε θᾶσσον ἁλίπλοα τείχεα θείη.

ἁλίπλοα: τὴν λι, φασί, συλλαβὴν ὀξυτονητέον· κατὰ γὰρ αὐτῶν τῶν ἐρειπίων[56]) *ἡ λέξις κεῖται, οὐχὶ τὰ ἐν τῇ ἁλὶ πλέοντα σημαίνεται. οὕτως Ἀλεξίων καὶ οἱ ἄλλοι. κἀγὼ δὲ συγκατατίθεμαι τῇ προσῳδίᾳ. ἐκεῖνο γὰρ ἔχω ἀποφήνασθαι, ὡς ὅτι ὁπότερον ἐὰν* (sic) *σημαίνῃ προπαροξυτονηθήσεται· οὕτως γὰρ ἐμελέτησε τὰ παρὰ τὸ πλέω, εἴ γε καὶ τὸ πρωτόπλοος προπαροξύνομεν· καὶ δῆλον ὅτι εἰς ἀποφυγὴν τῶν οὕτως παραγομένων διπλόος τριπλόος. Α.*

ἁλίπλοα est Homericum *ἅπαξ εἰρημένον.*

52.

Herod. Prosod. Il. *M* 205 (L. II, p. 82, 16):

κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος παρὰ δειρὴν
[fodente
ἰδνωθεὶς ὀπίσω (de angue dicitur aquilam per-

ἰδνωθείς: ψιλωτέον τὸ ι. οὕτως καὶ Ἀλεξίων καὶ οἱ ἄλλοι. προείρηται δὲ ἡμῖν ἐν τῇ Α. Α.

Herod. schol. *A* Il. *B* 266 (L. II, p. 33, 24) legimus: *ἰδνώθη.* Hic notam fuisse Herodiani de spiritu

56) *ἐρειπίων* edd.; *ἐριπίων* cod.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in ἰδρωθείς patere ex *M* 205 dicit Lehrsius in Herod. scriptt. tria p. 207, sed ibi legitur προείρεται ἡμῖν ἐν τῇ *A* (non *B*).

53.

Herod. Prosod. Il. *N* 191 (L. II, p. 85, 17):

Αἴας δ' ὁρμηθέντος ὀρέξατο δουρὶ φαεινῷ 190
Ἕκτορος· ἀλλ' οὔ πῃ χρὼς εἴσατο, πᾶς δ' ἄρα χαλκῷ
σμερδαλέῳ κεκάλυφθ·

ἀλλ' οὔ πῃ χροὸς εἴσατο: Ἀλεξίων φησὶν ὡς Ἀρίσταρχος ὡς σοφός προηνέγκατο, Τυραννίων δὲ ὡς πόλος, καὶ ἔχει λόγον ἑκατέρα ἡ ἀνάγνωσις. ἐὰν μὲν χρόος ὡς πόλος κατ' εὐθεῖαν πτῶσιν ἀναγνῶμεν, ἔσται τὸ λεγόμενον, ἀλλ' οὐδαμῶς ὁ χρὼς ἐφάνη. ἐὰν δὲ χροός ὡς σοφός κατὰ γενικὴν πτῶσιν, ἔσται, ἀλλ' οὐδαμῶς τοῦ χρωτὸς διῆλθε· τὸ γὰρ εἴσομαι καὶ τὸ φανῆναι σημαίνει καὶ τὸ διελθεῖν. ἐπικρίνομεν δὲ ἡμεῖς περὶ τῆς ἀναγνώσεως ἐκεῖνο, ὡς ὅτι πιθανόν ἐστι μᾶλλον τὴν γενικὴν ἐκδέχεσθαι ἤπερ τὴν εὐθεῖαν· ἦν γὰρ[57]) αὐτῷ ἔθος εὐθεῖαν μὲν ἐπίστασθαι εἰς ῶς[58]) περατουμένην 'ἐπεὶ οὔ σφι λίθος χρὼς οὐδὲ σίδηρος' (Il. *Δ* 510)· καὶ ἀκόλουθος αἰτιακὴ 'χρῶτ' ἀπονίψαμένη' (Od. *σ* 172)· τὰς δὲ ἄλλας πλαγίους οἶδεν ἀπὸ τῆς ους εἰθείας·[59]) 'χροὸς ἄμεναι ἀνδρομέοιο' (Il. *Y* 100) 'χροῖ δ' ἔντε' ἐδύσατο παμφανόωντα (Il. *I* 596) καὶ τὴν αἰτιατικὴν 'μηκέτι νῦν χρόα καλόν' (Od. *τ* 263). ὥστε εἰ οὐ κεκώλυται τῆς γενικῆς ἡ σύνταξις, τί ἐστι τὸ κατεπεῖγον μὴ τῇ συνήθει κλίσει[60]) τὴν ἀνάγνωσιν ποιεῖσθαι. *A*.

De Aristarchi lectione pugnantia traduntur: hunc χρόος enuntiasse testantur Didymus schol. *A*

57) ἦν γὰρ (fort. ἀεὶ γὰρ) Lehrsius.

58) εἰς ῶς Lehrsius; εἰς ος cod.

59) Post εὐθείας habet cod. A χροος ἄμεναι (sic) ἀνδρομ, quae del. Villoison. Dind.; χροὸς ἄμεναι ἀνδρομέοιο em. A. Ludwich, Berl. philol. Wochenschr. 1902 col. 39.

60) κλίσει edd.; κλήσει cod.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(M. Schmidt, Didym. fr. p. 148: *οὕτως αἱ Ἀριστάρχου, χρόος ὡς λόγος· βοίλεται δὲ διῃρῆσθαι τὴν εὐθεῖαν*) ac Tyrannio apud Herodianum, contra eundem *χροός* commendasse Alexio refert apud Herod. supra. Itaque fortasse Aristarchus *διχῶς* legit *χρόος* et *χροός*, cf. Lehrs., Ar.[3] pagg. 8 et 29; Ludw. l. c. 1, 352, 5. De diversis veterum grammaticorum lectionibus, quas scholiastae enotaverunt, paucissimis disputat Planer l. c. p. 20. Zenodotus scripsit *χρώς* (Duentz. l. c. p. 90) eumque secuntur recc.

54.

Herod. Prosod. Il. *N* 391 (L. II, p. 86, 21):

ἠὲ πίτυς βλωθρή, τήν τ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες 390
ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι νήιον εἶναι.

νεήκεσι: ὡς εὐμήκεσιν ἀνεγνώσθη. οὕτως δὲ καὶ Ἀλεξίων. ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης ὡς εὐγενέσιν, ὅπερ καὶ ἐχρῆν·[61]) *παρὰ γὰρ τὴν ἀκὴν ἡ σύνθεσις. τὰ δὲ παρὰ τὰ εἰς η̄ λήγοντα θηλυκὰ συντιθέμενα καὶ εἰς η̄ς περατούμενα ἐπιθετικὰ τότε ὀξύνεσθαι θέλει, ὅταν ἔχῃ οὐδετέρου παρασχηματισμὸν καὶ τὴν γενικὴν εἰς ο̄υς περατουμένην. εὐτυχοῦς, εὐτυχές, εὐτυχεῖς, εὐρυπυλοῦς, εὐρυπυλές, εὐρυπυλεῖς. οὕτως οὖν ἐχρῆν καὶ τὸ προκείμενον. ὅμως μέντοι ἡ παράδοσις τὸ νεήκης καὶ ταναήκης* (vs. Il. *Π* 768) *βαρύνει κατὰ συνεκδρομὴν τοῦ εὐμήκης, μεγακήτης. AB.*

Cf. Herod. Prosod. Cathol. *γ'* L. I, p. 82, 9; Eustath. pagg. 939, 7; 1635, 64. Lehrs., quaestt. epp. p. 152.

55.

Herod. Prosod. Il. *Ξ* 249 (L. II, p. 898, 3):

[h. l. Heram alloquitur)

ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτε σὴ ἐπίνυσσεν ἐφετμή (Somnus

ἤδη γάρ με καὶ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσσεν ἐφετμή: Ἀρίσταρχος ἐλλείπειν φησὶ τὴν κατά, καὶ ἐκδέχεται τὴν

61) *ἐχρῆν* edd.; *ἐχρὴν* ut solet cod.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀντωνυμίαν εὐθείας πτώσεως, καὶ κατ' ἄλλο ἡ σὴ ἐσωφρόνισεν[62]) ἐντολή, ὥςτε εἶναι ἡ τεή. Παρμενίσκος δὲ ἐκδέχεται ἐπίρρημα τὸ ἄλλοτε καὶ δασύνει τὸ ῆ, καὶ περισπᾷ ἐπὶ δοτικῆς πτώσεως, ἵνα ὑπάρχῃ ὁ Ζεὺς[63]) τῇ ἧ με ἐσωφρόνισεν ἐντολῇ. Ἀλεξίων δὲ προκρίνει τὴν Ἀριστάρχου· φησὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ τ ἀρκτέον· καὶ ἡμῖν[64]) δὲ δοκεῖ. πρὸς γὰρ τὴν Ἥραν ἡ ἀπότασίς ἐστιν. αὐτὸς γοῦν ἐπεξηγεῖται αὐτό· 'νῦν αὖ τοῦτο μ' ἄνωγας ἀμήχανον ἄλλο τελέσσαι' (Il. Ξ 26) *A*.

Alexio igitur ἄλλο τεὴ . . . . ἐφετμή legens praecedentem habuit Aristarchum (Ludw. l. c. I p. 375, 12), Herodianum succedentem. Ex ceterorum vetustiorum grege legebant Zenodotus (Duentz. l. c. p. 70 sq.) et Ptolemaeus ὁ ἐπιθέτης paulo aliter ἄλλο τεῇ . . . . . ἐφετμῇ. De loco perdifficili adhuc sub iudice lis est; vid. infra.

56.

Herod. Prosod. Il. *O* 10 (L. II, 92, 21):

ὁ δ' ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθματι κῆρ ἀπινίσσων
αἷμ' ἐμέων, (sc. Hector)

κῆρ ἀπινίσσων: Ἀρίσταρχος τὸ κῆρ οὐδετέρως ἐκδέχεται καὶ μετοχὴν τὴν ἀπὸ τοῦ ᾱ ἀρχομένην, ἵνα τοιοῦτόν τι σημαίνῃ τὸ κῆρ ἀσύνετος ὤν, διδασκόμενος καὶ ἐκείνου[65]) δοκέεις δέ μοι οὐκ ἀπινύσσειν (Od. ε 342). τούτῳ συγκατατίθεται καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης καὶ Ἀλεξίων καὶ σχεδὸν πάντες, καὶ ἡμεῖς. εἰσὶ μέντοι οἳ ἄλλως[66]) διέστειλαν, οὓς ἐλέγχει ὁ Ἡρωδιανός. *A*.

---

62) ἐσωφρόνισεν edd.; ἐσοφρόνισιν cod.

63) ἵνα ὑπάρχῃ ὁ Ζεὺς post Villois. edd.; ἵνα ὁ Ζεὺς ὑπάρχε (ὑπάρχῃ Bekk.) cod.

64) ἡμῖν edd.; ἡμεῖν cod.

65) τοῦ sive τὸ post ἐκείνου del. Lehrsius.

66) ἄλλως Bekk.; ἄλλους cod.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

κῆρ' ἀπινύσκων διὰ τοῦ κ̄ legit Aristoph. Byzant. (cf. Didym. schol a. h. l. M. Schmidt l. c. p. 155) alii κῆρα πινύσσων v. La Roche, Hom. Textkr. p. 198; κῆρ ἀπινύσσων est lectio hodie vulgata.

57.

Herod. Prosod. Il. *O* 309 (L. II, p. 94, 35):

ἔχε δ' αἰγίδα θοῦριν (sc. Phoebus Apollo)
δεινὴν ἀμφιδάσειαν ἀριπρεπέ', ἣν ἄρα χαλκεὺς
Ἥφαιστος Διὶ δῶκε φορήμεναι ἐς φόβον ἀνδρῶν· 310

ἀμφιδάσειαν: τρίτη ἀπὸ τέλους ἡ ὀξεῖα ὁμοίως τῷ[67]) χαλκοβάρεια. ὅτι δὲ οὐχ, ὡς οἴεται ὁ Ἀσκαλωνίτης καὶ Ἀλεξίων σύνθετόν ἐστιν, ἀλλὰ παρασύνθετον, εἴρηται ἡμῖν ἐν τῷ περὶ τοῦ ἠριγένεια. *A*.

Cf. p. 21. fr. 25.

58.

Herod. Prosod. Il. *O* 320 (L. II, pagg. 94, 38; 247, 29; 531, 11):

αὐτὰρ ἐπεὶ κατενῶπα ἰδὼν Δαναῶν ταχυπώλων
σεῖσ', (sc. Apollo aegida)

κατένωπα: Ἀρίσταρχος περισπᾷ κατενῶπα[68]) ὡς κατὰ δῶμα, ἀπ' εὐθείας τῆς ὤψ, ἥτις αἰτιατικὴν ἔχει τὴν ὦπα· ὁ δὲ Ἀλεξίων καὶ οἱ πλείους ὡς κατέναντα, οἷς καὶ βέλτιον πείθεσθαι, ἵνα ᾖ ἀπὸ τοῦ κατενώπια κατὸ συγκοπὴν κατένωπα, ὡς μηρία μῆρα, σιτία σῖτα. ἔνεστι μέντοι βοηθῆσαι καὶ τῷ Ἀριστάρχῳ οὕτως, ὡς ἐστιν ἐνωπή[69]) ἡ πρόσοψις 'ὡρεί τι κακὸν ῥέξουσαν ἐνωπῇ'[70])

---

67) τῷ edd.; τὸ cod.

68) περισπᾶ κατενῶπα post Ἀρίσταρχος add. Lentzius, quae in cod. A in marg. interiore testatur Dind.

69) ὡς ἐνωπή edd.; ὡ σ: (ὥς εστιν) εὐρώπη cod.; v. A. Ludwich, Berl. philol. Wochenschr. 1902 col. 40.

70) ἐνωπῇ edd.; εὐρωπῇ cod.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Il. *E* 374). *παρ' ἣν ἐστιν αἰτιατικὴν ἐνωπήν. ὃν οὖν τρόπον τὴν ἰωκὴν ἰῶκα εἶπε μεταπλάσας, οὕτως καὶ τὴν ἐνωπὴν ἐνῶπα προπερισπωμένως. Α.*

Haec omnia transisse in Etym. M. p. 496, 7, ubi et ipse Alexio vocatur, monuit Lehrsius. Videas deinde Etym. Gud. p. 307, 26; Cram. Anecd. Paris. III, p. 20, 28, Eustath. p. 1017, 60. Aristarchi veram lectionem *κατ' ἐνῶπα* fuisse autumat La Rochius l. c. p. 294, quod Spitznero praeeunte in textum recipere non dubitat; ac mihi quidem hoc ipsum veri simillimum videtur; cf. Lobeck, Paral. gramm. Gr. I, p. 169.

59.

Herod. Prosod. Il. *O* 444 (L. II, p. 96, 4):

τόξον ἔχων ἐν χειρὶ παλίντονον ἠδὲ φαρέτρην
ἰοδόκον (sc. Teucer)

ἰοδόκον: πιθανώτερον Ἀλεξίων παροξύνει, ὡς ξεινοδόκον, ἐπεὶ αὐτὴ[71]) *ἡ φαρέτρα δέχεται καὶ ἔστιν ἐνεργητικόν. Α.*

Alii *ἰόδοκον*, quod edd. respuunt; etiam *ἰοδόκος*, est *ἅπαξ λεγόμενον*.

60.

Herod. Prosod. Il. *P* 174 (L. II, p. 105, 2):

[Hector ad Glaucum

ὅς τέ με φῇς Αἴαντα πελώριον οὐχ ὑπομεῖναι

ὅς τέ με φῇς[72]): *ἀξιοῖ ὁ Ἀσκαλωνίτης ἀναγιγνώσκειν δισυλλάβως ἐπὶ ὁορίστου χρόνου, ὁ μέντοι Ἀλεξίων μονοσυλλάβως ἐπὶ ἐνεστῶτος χρόνου· διὸ καὶ σὺν τῷ ι γράφεσθαι. τοῦτο δὲ ἀπαιτεῖ καὶ ἡ διάνοια. κἀγὼ δὲ*

---

71) *αὐτὴ* Lehrsius; *αὕτη* cod.

72) In marg. inter. cod. *οὕτως ἐπὶ ἐνεστῶτος ἂν* (*ἀντὶ τοῦ* Cobetus) *λέγεις καὶ τὸ ῖ.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

συγκατατίθεμαι. διὸ ἐν τῇ συντάξει ἐγκλιτέον· ὀξύνεται γὰρ ἐπὶ ἐνεστῶτος χρόνου. Α.

Vide Ludw. l. c. I, p. 419, 32; *ὅς τέ με φῄς* uno tenore hodie edd. legunt.

61.

Herod. Prosod. Il. Σ 77 (L. II, p. 106, 20.)

υἷας Ἀχαιῶν [apud Achillem filium]

σεῦ ἐπιδευομένους παθέειν τ' ἀεκήλια ἔργα [Thetis

ὁ Ἀσκαλωνίτης ἀεκήλια οἷον οὐχ ἥσυχα οὐδὲ εἰρηνικά, ἐπεὶ ἕκηλος ὁ ἥσυχος, ὥςτε στέρησιν αὐτὸν[73]) *ἐκδέχεσθαι. οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος, οἷον ταραχώδη. ἢ ἀκούσια, ἃ οὐκ ἄν τις ἑκὼν πάθοι. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀλεξίων· καὶ ἔχονται τοῦ δηλουμένου. Α.*

Lehrsius adnotat omnes hos, quos Herodianus commemorat, non *τὰ ἑκήλια* sed *τ' ἀεκήλια* protulisse collato Aristonico ad h. l. Friedl. p. 211: *ἡ διπλῆ πρὸς τὴν συναλοιφὴν ὅτι ἀεκήλια ἐκληπτέον κατὰ ἀπόφασιν τοῦ ἑκήλου, ἐφ' οἷς οὐχ οἱόντε ἡσυχάξειν* cf. Hesych. et Apollon. soph. s. v.; *ἀεκήλια* est *ἅπαξ λεγόμενον.*

62.

Schol. Gen. Il. Φ 282 (Nic. I, p. 202, 19; edit. sep. p. 9):

νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι
ἐρχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ, (verba sunt Pelidae)

Ἀλεξίων ὁ χωλός φησιν 'ἐρθέντα' δεῖ γράφειν, χωρὶς τοῦ χ[74])*· οὐ γὰρ παρὰ τὸ εἰρχθῆναι, ἀλλὰ παρὰ*

---

73) *αὐτὸν* Lehrsius; *αὐτῶν* cod.

74) *ἀλεξίων ὁ χωλός φησιν ἐρθέντα δεῖ χωρὶς τοῦ χ* cod., *Ἀλεξίων ὁ χ. φησιν δεῖ γράφειν ἐρ. χωρὶς τοῦ χ* edd.; cf. eius not.: Le mot *ἐρθέντα* marqué d'une ligne de points, pour indiquer la transposition.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τὸ ἔρσαι, ὅ ἐστι πνῖξαι. ὅθεν καὶ ἐν ἄλλοις φησὶν ὁ ποιητὴς 'ὅν ῥα τ' ἔναυλος ἀποέρσῃ' (Il. Φ 283) καὶ ἐν ἄλλοις 'μή μιν ὀποέρσειε μέγας ποταμὸς' (Il. Φ 329). ἐπεὶ οὖν ἐπὶ τῶν δύο τόπων χωρὶς τοῦ χ, κἀνθάδε γράφωμεν[75]) 'ἐρθέντα'· ἔνιοι δὲ δασύνουσιν 'ἑρθέντα' παρὰ ⟨τὴν ἕρσην τουτέστι⟩ τὴν δρόσον. Nonulla verba in *ABT*.

De scriptura ἐρχθέντ' hodie non dubitatur, apud veteres erat ambigua, ut ex scholl. perspicitur: sic Ascalonita praetulit ἑρχθέντ' δασέως· ἀπὸ γὰρ τῆς ἕρσης, Crates εἰλθέντ' ἐν μεγάλῳ· ἴλλειν γάρ φησιν εἶναι τὸ εἴργειν, ἅστε τῆς κωλύσεως δίκην ἐξούλης καλεῖσθαι· καὶ παρατίθεται Σόλωνος ἐν νεάτῳ ἄξονι ἐξούλης· ἐάν τις ἐξίλλῃ ὧν ἄν τις δίκῃ νικήσῃ, οἷ ἂν ἄξιον ᾖ, καὶ τῷ δημοσίῳ ὀφλανεῖ καὶ τῷ ἰδιώτῃ ἑκατέροις. ὁ δὲ Σοφοκλῆς ἐν Δαιδάλῳ 'εἰλήσομέν σε τῇ ἀχαλκευστῷ πέδῃ' — Haec ratio Cratetea valde incerta est vel potius falsa videtur; recte exhibet schol. *A* ad h. v. (Dind. II, p. 221, 14): ψιλωτέον τὸ ἐρχθέντ' et in *B* exstat (Dind. IV, p. 266, 25) ἐρχθέντ' ψιλωτέον δέ· ἔστι γὰρ παρὰ τὸ εἴργω· Ἀττικοὶ δὲ δασύνουσιν. εἰρχθέντ' habebat ed. Massilensis, cf. schol. Townl. ad. h. v. (Dind.-Maass. VI, p. 352, 14).

63.

Schol. Gen. Il. Φ 331 (Nic. I., p. 204; edit. sep. p. 11):

ὄρσεο, κυλλοπόδιον, ἐμὸν τέκος· ἄντα σέθεν γὰρ [invocat)
Ξάνθον δινήεντα μάχῃ ἠίσκομεν εἶναι (Juno Vulcanum

Κυλλοποδῖον: . . . . . Ἀλεξίων ὁ χωλὸς χρῆται παραδείγματι τούτῳ· τὰ εἰς ῶν λήγοντα ὀνόματα, φησί, καὶ τὴν παρέσχατον ἔχοντα [μακρὸν] ὅταν κατὰ κλητικὴν

75) γράφωμεν ed.; γράφοιμεν cod.

ἐκφέρηται πτῶσιν, περισπᾶται κατ' αὐτὴν οἷον Πανδίων Πανδῖον, Ἰάσων Ἰᾶσον, Ἀμφίων Ἀμφῖον· εἰ ἄρα τούτων ἐστὶ Κυλλοποδίων ὀφείλει ἐπὶ κλητικῆς περισπᾶσθαι κατὰ τὴν παρατέλευτον . . .

Idem putavit Hermapias; Aristarchus vero proparoxytonon *Κυλλοπόδιον* maluit itemque Herodianus cf. Prosod. Il. ad h. v. (L. II, p. 118, 9), deinde saepius Alexionis prosodiam oppugnat: Prosod. Il. *Γ* 182 (L. II, p. 40, 8) et Prosod. cathol. (L. I, p. 419, 7).

Habes igitur Alexionis fragmenta, ut puto, omnia. Nunc singula pervagabor:

Cap. I.

De Alexionis vita atque aetate.

De Alexione grammatico, Homeri carminum interprete haud spernendo,[1]) in ipso scriptionis aditu idem dolendum est, quod nobis iam de prioribus Charete Chaerideque grammaticis contigerat, nec fragmentorum documenta superesse graviora neque

1) Ex recc. scriptoribus, qui Alexionis meminerunt, nominasse sufficiat: Fr. A. Wolf, Prolegg. ad Hom. cap. 4, ubi hunc nostrum Alexionem pari passu appellat cum signiferis artis grammaticae, Zenodoto, Aristarcho, Cratete Mallota. Graefenhan, Gesch. der klass. Philol. im Altert. III, pagg. 98 sq.; 404; Beccard, de scholiis in Hom. Iliadem. diss. Berol. 1850 p. 77; Nicolai, Gesch. der griech Litt.[2] II, p. 347; La Roche, Die hom. Textkr. i. Altert. p. 110; Christ, Gesch. der griech. Litt.[4] p. 793: „Ptolemaeus aus Askalon und Alexion, oft zusammengenannte Homererklärer"; de Ptolemaeo Ascalonita vide Baegii diss. Hal. 1882; Wentzel in Pauly-Wissowae E. R. col. 1466.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliorum scriptorum tam luculenta testimonia, ut inde aetatem vitamque scriptoris dilucide cognoscere liceat. Quamobrem tanto diligentius ea, quae ab antiquis scriptoribus traduntur, opus erit perscrutari atque in examen vocare. Loci, qui ad hanc quaestionem solvendam plurimum conferunt, hi sunt:

1. Ammon. de different. adfin. vocab. s. v. γέρων p. 35 Valcken. (fr. 1): Ἀλεξίων ἐν τῇ ἐπιτομῇ τοῦ Διδύμου Συμμίκτων.
2. Cyrill. lex. s. v. βωνίτης. Cram. Anecd. Paris. IV, p. 180, 17 (fr. 10): Ἀλεξίων Αἰγύπτιος.
3. Etym. Gud. p. 206, 39 (fr. 7) cf. Etym. Orion. p. 191, 6: ὁ τεχνικὸς Ἀλεξίων.
4. Schol. Gen. Il. Φ 282 Nic. I. p. 202, 19, ed. sep. p. 9 (fr. 62): Ἀλεξίων ὁ χωλός cf. schol. Gen. Il. Φ 331 Nic. I, p. 204, ed. sep. p. 11 (fr. 63).

Ex Ammonii testimonio (nr. 1) Alexionem post Didymum fuisse, cuius σύμμικτα in breviorem formam redegisse perhibetur, iam nemo non videt; restat, ut terminum 'ante quem' aetati illius imponamus, qui haud difficulter effici postest: namque Herodiano fuisse Alexionem aetate maiorem certe evincitur ex ipsius technicorum principis testimoniis, qui cum ceterorum grammaticorum, qui antecesserant, praecepta in usum suum accurate perpendit, perpensa aut comprobavit aut refutavit, tum Alexionis scripta sine dubio suis ipse oculis inspexit lectitavitque. Immo vero cum Graefenhanio[2]) contendere ausim Herodianum ad fundamenta ingentis illius et admirabilis molis iacienda. quam summa arte et assiduitate in libris de prosodia Graeca exstruxit, praeter Aristarchi, Niciae,[3])

2) l. c. III, p. 101.
3) Beccard l. c. p. 75.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tyrannionis[4]) Ptolemaei Ascalonitae[5]) libros Alexionis potissimum scrinia ac sententias expilasse necnon ponderasse, utpote eius fragmenta longe plurima Herodiani libro *περὶ Ἰλιακῆς προσῳδίας* debeamus. Jam vero ad Alexionis aetatis spatium quod eruimus uno fere saeculo amplius, coartandum restringendumve inquirentibus tamquam ansam praebent scholl. cod. Iliadis Veneti *A*, ubi eum plerumque a Ptolemaei Ascalonitae partibus stantem vel cum eodem allatum atque quod maioris momenti videtur, semper fere post Ptolemaeum laudatum invenies (duobus tantum modo locis scholl. Il. *A* 503 et 653 inter Aristarchum et Ascalonitam ponitur), qua de causa Graefenhanius suo iure Alexionem post Ptolemaeum vixisse coniecit, quem 'paulo inferiorem fuisse Didymo, sub ipsum igitur primi p. Chr. saeculi limen fuisse vel paulo infra' probabilis Baegii computus effecit.[6]) Forsitan igitur Alexio degerit medio primi saeculi p. Chr. vel quod item fieri potest, paulo postea, quae ratio abunde stabilitur Herod. schol. Il. *N* 191 (fr. 53); ubi Alexio Tyrannionem compilasse videtur,[7]) scilicet Maiorem, quem — sub Pompeio Magno eum floruisse Suidas auctor est — Planerus[8]) iustissime scriptorem libri *περὶ προσῳδίας Ὁμηρικῆς* existumat.[9])

Atque de aetate Alexionis hactenus.[10]) Jam alia

---

4) id. p. 74; de Tyrannione grammatico cf. proprium libellum Planeri Berol. 1852.

5) Baege l. c. p. 31.

6) l. c. p. 6; cf. etiam adn. 3 eiusd. pag.

7) Rohde, Kleine Schriften I, p. 364.

8) l. c. pagg. 8 et 20.

9) Sergius in Donat. Gramm. Lat. Keil IV, p. 529, 10.

10) Iniuria pristinis temporibus viri docti, ut Fabricius Biblioth. Graeci. VI, p. 355 Alexionem grammaticum pro eodem habuerunt atque Alexidem sive Alexonem, scriptorem *περὶ*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

suppetunt testimonia ad vitam grammatici spectantia, quae nunc diligentius contemplemur. Ex Cyrilli glossemate s. v. *βωνίτης* (nr. 2) Alexionis patriam Aegyptum fuisse accepimus, quam postea deseruisse videtur; quod ni factum esset, aequales illi cognomen Aegyptii vix tribuissent. Jam non abest suspicio, quin ille Alexandriae, priorum imperatorum temporibus artium elegantiae ingenuarum necnon grammaticae principe sede ac domicilio, discendi vel docendi causa parumper versatus sit, tum vero cum patria decederet, fortasse Romam emigraverit, ubi — suam scholam eum habuisse probabile est — fortasse in numero philologorum fuit, quorum mentionem fecit Strabo[11]). Sed ex incerta ac lubrica regione ad certam solidamque me revoco. Quanta fuerit Alexionis auctoritas inter homines eiusdem temporis doctos eruditosque testis est Etym. Orion. p. 191, 6 (nr. 3), ubi *ὁ τεχνικός* nominatur, quo cognomine tantummodo clariores grammatici, ut Apollonius Dyscolus eiusque filius Herodianus appellabantur; quare pro certo putandum est Alexionem ut illos non modo accurate fundatam, sed etiam exstructam disci-

---

αὐλῶν, ab Athenaeo IV, p. 182 c laudatum (cf. Schweigh. ad. h. l.) vel Alexonem sive Alexandrum Myndium apud Diog. Laert. I, 29, quo loco pro *Ἀλέξων ὁ Μύνδιος ἐν ἑνάτῳ Μυθικῶν* scribi oportere *Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος κτέ* comparantibus evincitur ex schol. ad Theocrit. Id. VII, 57 et Phot. cod. 109 p. 147 b 23 (quem locum Graefenhanius l. c. III p. 98 adn. 16, ut ceteros, qui secuntur, perperam exhibet), ubi ex Alexandri *Μυθικοῖς* fabulae de Hercule communicantur, cf. Villois. prolegg. p. 30; Plutarch. vita Marii c. 17; Artemid. oneir. II, 67; II, 9, 90; 66, 152 (Hercher); Aelian. de animall. IV, 33. Non opus est pluribus refellere nostrum cum hisce scriptoribus confundi minime posse.

11) Lib. XIV p. 231: *Μάλιστα δὲ ἡ Ῥώμη δύναται διδάσκειν τὸ πλῆθος τῶν ἐκ τῆςδε τῆς πόλεως φιλολόγων. Ταρσέων γὰρ καὶ Ἀλεξανδρέων ἐστὶ μεστή.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

plinam grammaticae condidisse. Forsitan etiam se natum arbitrabatur studiis litterarum, cum vitio quodam corporis laboraret, quod eum plurimorum munerum expertem reddiderit: claudicabat enim, quod proxime percrebuit scholl. Genev. a Julio Nicole a. 1891 foras editis, ubi duobus locis ad Φ 282 et 331 ὁ χωλός cognominatur (nr. 4).

Cap. II.

De fontibus ac titulis Alexionis doctrinae eiusque reliquiis in universum agitur.

Priusquam ad praecepta Alexionis tractanda transeamus, de eorum titulis iisque auctoribus vel libris, ubi istius mentio inicitur, nonnulla summatim praemittere lubet. Ac primum quidem Alexionem Didymi miscellaneorum epitomen composuisse non solum Ammonii testimonio, de quo actum est, sed etiam ab auctore Etym. M. p. 124, 2 et Eustathio p. 1788, 52 comprobatur, quamquam quid Didymi Σύμμικτα continuerint, ex definitione aetatum hominum certa ratione vix quicquam confici potest, quia Συμμίκτων libri memoria nullis aliorum indiciis ad nos propagata est neque Alexionis huiusce operis epitome alibi memoratur. Fortasse vero ex Ammonii verbis, quae traduntur, nihilo minus nonnulla coniectare licet: manifesto, opinor, colligitur Didymi Συμμίκτων libros aliis quaestionibus exceptis (titulum quaeso respicias) etiam ad vocum etyma et origines ac synonyma interpretanda spectasse, qua de causa Alexio forte commotus est, ut breviarium operis certe amplissimi conficeret. Atque eundem amore quodam studiis praecipue glossarum verborumque obsoletorum se dedisse testantur etymologica Graeca veterumque lexica sae-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pissime, veluti Etym. Magnum, Gudianum, Orionis, Angelicanum alia, quorum fragmenta legentibus supra in conspectu proposuimus (fr. 3—23). Quo opere haec coniuncta fuerint, haud facile est iudicatu. Neque scio an scripserit libros *περὶ γλωσσῶν* vel *περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ γλωσσῶν* (fragmenta huius farinae longe plurima ad Homeri vocabula, saepius etiam *ἅπαξ λεγόμενα* tendunt), id quod Philoxeni scriptorum titulis a Suida laudatis[1]) concludere ausim, quocum Alexio subinde coniunctim citatur fr. 16 (Cram. Anecd. Paris IV, p. 193, 16) et 19 (ibid. p. 193, 26) aliis.

Multo vero saepius quam in etymologicis Graecorum Alexionis reliquiae laudantur in scholiis Homericis cum aliis tum cod. celeberrimi Venet. Marcian. 454 (*A*), cuius ramenta critica, quae sunt Alexionis, continent fr. 27—61. Quo libello hanc doctrinam ille comprehenderit, perinde, quamquam totiens in testimonium vocatur, non exploratum habemus, etiamsi cum Graefenhanio[2]) non dubitaverim, quin auctor fuerit librorum de Graeca prosodia et orthographia (forsitan Homerica), quod quae ex iis ad nos pervenerunt, omnia fere ad prosodiam Iliacam redeunt, quam adeo multus Herodianus, ut vidimus, usurpavit atque in suum usum convertit, ut inter principes eius de Iliaca prosodia libri fontes Alexio censendus sit. Atque etiam in alios eiusdem quasi grammaticorum antesignani libellos interdum Alexionis praecepta fluxerunt ut in librum *περὶ καθολικῆς προσῳδίας* L I, p. 198, 5 (fr. 24), p. 249, 6 (fr. 25), p. 541, 6 (fr. 35) et *περὶ ὀρθογραφίας* L II, p. 336, 14 (fr 26), quae ex eodem libro prosodiaco deprompta esse videntur.

---

1) vol. II, 1481 Bernh.

2) l. c. III, p. 99.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Certe difficillimum est nonnulla eruere de Alexionis opere, quod inscribitur 'Onomacritus', (si modo ad nostrum quae secuntur, referenda sunt)[3]), cuius memoriam servavit Probus in Verg. Georg. III 6 (p. 55 Keil.) ad versum:

'Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos' (fr. 2).

Quid de hoc libro statuendum sit, Hauptius ipse, sospitator scholii[4]), a doctioribus discere cupivit. Nec tamen quisquam, quem sciam, respondit, nec mihi quicquam, quamvis argumentum titulumque operis mecum animo volutaverim, quod ex omni parte probabile videatur, in mentem venisse profitendum est. An tu putas nostrum de Onomacrito Homerico cogitasse carminumque Orphicorum corruptore?[5]) Cum acrius quaestionem reputem, certum fere mihi deliberatumque est pro *ὀνομακριτο* legendum esse *ὀνομαστικόν*, ut Alexionem lexici scriptorem cognoscamus, quod aeque ac Pollucis Onomasticon rerum ordine digestum occasione oblata cum mythologiae tum etymologiae rationem habuit, praesertim cum dimidium fere omnium Alexionis fragmentorum ad talem librum possit referri ac verba *ἀλεξίων ἐν ὀνομαστικῷ* in Probi codd. facile admiserint depravationem *ἀλεξιονην ὀνομακριτο*.

Jam vero saepius ad coniecturas confugimus, quapropter Alexionis doctrinam ipsam, quae quidem ex lexicorum veterum ac scholiorum congerie restitui possit, primis lineis designare conemur, quod a proposito non abhorret.

---

3) Fortasse hoc fragmentum pertinet ad Alexandri Myndii *Μυθικά* cf. supra p. 47 adn. 10.

4) Herm. VII (1873), p. 374 sq.

5) Ritschl, opusc. I, p. 238 sq. — Cf. etiam Plutarch Pyth. or. 25, ubi vocantur *'Ονομάκριτοι'* i. e. vates.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cap. III.

De Alexionis studiis grammaticis singulatim agitur.

Duplex est negotium, quod Alexio arti grammaticae impendit: verborum etymologia ac prosodia. Homerica latissima vocis significatione. Prioris generis fragmenta ad verborum originem spectantia maxima parte, ut nunc res est, inveniuntur in lexicis vel etymologicis Graecis, prosodiaca contra in scholiis Herodianeis cod. Venet. *A*, ut primo aspectu ex collectione fragmentorum cognoscitur. Fragmenta vero etymologica cum diligentius persequamur, iterum duo genera disiungere et bipertitum ordinem servare non piget: priore loco reliquias perlustrabimus, quibus Alexio in etymologia verborum exquirenda omne studium collocavit nec quicquam aliud eum in animo habuisse verisimile est, cum altera capitis, quod sequitur, commentationis particula lumine admoto testimonia inspicere necnon pertentare liceat, quibus grammaticus artem etymologicam cum regulis recte scribendi copulat ac signis quibusdam notisque orthographiae nixus verborum *ἔτυμον* constituere studet.

a) de Alexionis studiis etymologicis.

α) de propriis etymologiae studiis.

Antequam ad ipsas Alexionis etymologiarum reliquias accedamus, inprimis monendum cavendumque est, ne animo suspenso flosculos eiusmodi aggrediamur, quae maxime sine iudicio a magistris Byzantinis carpta plane ridicula sunt atque absurda ut omnia in enodandis nominibus collocata veterum scriptorum studia. Ac perpauca exempla, opinor, sufficient, ut de Alexione etymologo et ratione, quam in etymologia exercuerit, iudicium feratur.

Primo igitur audias, quid senserit de voce *τά-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ριχος (fr. 6), quam explanavit ἀπὸ τοῦ ἐν ταριχείᾳ ἰσχναίνεσθαι, quod lexicographo ipsi risum elicuit addenti γελοίως· ἡ γὸρ ταριχεία ἀπὸ τοῦ τάριχος γέγονε. Ac meritissimo glossator vituperatur, quod aperte in circulo vitioso versabatur: namque τάριχος vocem primariam, ταριχεία secundariam esse nemini non patet. Et similiter noster repulsam tulit, cum originem vocabuli φιλήτης perscrutaretur (fr. 18); nam inepte opinionem φιλήτης ex ὑφειλήτης ἀφαιρέσει τοῦ ῡ ab Eustathio pagg. 194, 30 et 1889, 1 repetitam probasse videtur. Neque felicius versabatur in voce χρῆσις (fr. 19), quam (horribile dictu) παρὰ τὸ χρείω τὸ ἀλείφω derivabat una cum Philoxeno grammatico, qui eandem sententiam perabsurdam nescio quo pacto tuebatur.[1]) Postremo fortasse non alienum erit iam h. l. mentionem facere glossae μάγειρος (fr. 12), de qua — etiam infra in hanc rem oratio incidet — traditur: Ἀλεξίων(δέ) φησιν, ὅτι μαγία γάρ τις ἡ ἄρτυσις τῶν ἑψημάτων.

Jam satis superque vidimus Alexionem vocum origines rationesque non magis percalluisse quam ceteros suae aetatis etymologos, quamquam non nunquam vocabulorum, cur quaeque res sit ita appellata causas rectius explicasse ac fructus inde percipi posse haud negandum est veluti ex glossa cod. Paris. 2630 s. v. προΐνεικος (fr. 9), quo loco haud dubie melius iudicavit quam Demetrius,[2]) cuius sententiam posthac idem anonymus prodidit προΰνείκους significare τοὺς

1) De Philoxeno Alexandrino eiusque studiis etymologicis v. M. Schmidt, Philol. IV (1849), p. 627 sq., VI (1851), p 660 sq. et dissertationem Kleistii, de Philoxeno grammatico. Gryphiswald. 1865.

2) Fortasse is est, qui Ixion cognominatur, cf. Christ. l. c.[4] p. 629.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

διδόντας τὰ ὤνια πρὶν ἢ λαβεῖν τὴν τιμήν, vel alii, quorum nomina silentio teguntur, qui vocabulum *ἀπὸ τῶν νεικῶν ἐσχημάτισαν· ἐπὶ γὰρ ἀπαιδεύτων φασὶ κεῖσθαι τὴν φωνήν*. Hisce nugis Alexionis explicationem praeferendam esse apparet.

Sed ad alia vertamur. Alexionem non tam vocibus sermone tritis quam rarius usitatis ac potissimum *ἅπαξ λεγομένοις* operam dedisse per sese patet, cum glossographos nominibus eiusmodi studiosius perscrutandis maxime optimeque ingenia exercuisse constet. Sic antiquis temporibus magna controversia exorta erat inter etymologos de epitheto Mercurii Homerico (Il. *B* 103; Od. *α* 38) *ἀργειφόντης*, quo in enodando post clarissimos vetustiores grammaticos etiam Alexio laborabat, cuius sententiam servavit Etym. Gud. p. 73, 26 (fr. 4): *παρὰ ἐναργεῖς τὰς φαντασίας ποιεῖν, ὥς φησιν Ἀλεξίων*. Deinde ex iis, quae secuntur — pergit enim etymologus *καὶ Ἀρίσταρχος* — Aristarchi et Alexionis in hac quaestiuncula consensum exstitisse accepimus, quare nescio, an noster vocem tractaverit in libro de Homeri prosodia, de quo postea uberius dicetur. — Atque alterum Alexionis studiorum, quae in vocabulis *ἅπαξ εἰρημένοις* consumpsit, exemplar suppeditat Etym. M. p. 534, 1 (fr. 8). *κουρίξ*:[3] *ἐκ τῆς κόρσης, τουτέστι τῆς κεφαλῆς· ὅθεν καὶ ἡ κουρὰ ἐν ὑπομνήματι χ Ὀδυσσείας. Ἀλεξίων δὲ κουρίξ, τῶν τριχῶν ἢ νεανίσκος παρὰ τὸν κόρον*. Alios etymologos duas notiones vocis simili fere ratione ascivisse testantur Hesychii glossae duae, quarum altera est *κουρίξ*[4] *τῆς κόμης*, altera ex alio sumpta poeta *κουρίξ· ἢ νεανίσκος παρὰ τὸν κοῦρον, ἢ τῶν τριχῶν κατὰ τὴν κουράν, ἢ τῆς*

---

3) *κοῦριξ* cod.
4) *κούριξ* cod.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

κόμης ἀπρὶξ ἄρξασθαι λίαν καὶ βίᾳ. Τινὲς δὲ ἀνδρικῶς καὶ νεανικῶς,[5]) quae omnia cum Alexionis iudicio congruunt. Jam vero accentuum discrepantia, qua codd. memoria laborat (tum κοῦριξ, tum κουρίξ, ut vidimus, enuntiatur), ad suspicionem ferimur, h. ll. duo adverbia inter sese confusa in unum coaluisse et κουρίξ oxytono significationem inesse τῶν τριχῶν, quod vocabulum in Hom. Od. χ 188 haud dubie significat[6]) et κοῦριξ properispomeno παρὰ τὸν κόρον (sc. κοῦρον) νεανικῶς vel ἀνδρικῶς. Itaque iam apud Alexionem, ex quo alii hausisse videntur, nucleos illius confusionis exstare per se patet, cum dicat κουρίξ· τῶν τριχῶν ἢ νεανίσκος παρὰ τὸν κόρον. — Paucis denique absolvere liceat glossam εἰλικρινής (fr. 11), quod Alexio rectissime idem valere declarat ac καθαρός, ὑγιής, ἀκριβής, ὅτι ἐν ἕλῃ ἐστὶ κεκριμένος.

β) de studiis etymologicis cum regulis orthographiae coniunctis.

Paulo graviora multoque plura sunt rudera, in quibus arte etymologiae adhibita vocum orthographiam sibi tractandam explorandamve sumpsit Alexio. Quae qui oculis obierit, facile perspiciet amore quodam ac studio eum vocabula elegisse, quorum scriptura inter vocalem ι et ει diphthongum ambigua videbatur. Omnia, quae deinceps contemplemur, in hac quaestione vertuntur.

De orthographia vocis ἔριθος sermocinatur Etym.

---

5) Glossographos de voce κουρίξ plerumque titubasse etiam colligitur ex Apollon. sophist. lexico, qui interpretatur κουρίξ· κουρικῶς οἷον νεανικῶς et schol. Apollon. Rhod. IV, 18 κουρίξ· κατὰ κόρσης, κεφαλῆς.

6) κουρίξ num ἐκ τῆς κόρσης, τουτέστι τῆς κεφαλῆς ducendum sit in medio relinquimus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Orion. p. 191, 6 (fr. 7), ubi praeter cetera scriptum videmus: *ὁ τεχνικὸς Ἀλεξίων διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφει.* Qua deliberatione ductus hoc statuerit, non compertum habemus, sed argumenta traduntur de verbo *βινεῖν*, cuius scripturam ille vocali *ι* tuebatur Etym. Gud. p. 108, 49 (fr. 5): *Ἀλεξίων φησὶν ὅτι οἱ κομίζοντες ἤδη τὴν ἡλικίαν τοῦ συνουσιάζειν ἀρχὰς ἔχουσι τοῦ βίου, τὸ δὲ βίος διὰ τοῦ ι γράφεται κτέ*, quam ob causam nostrum novis castigationibus obruere debuimus, nisi iocis eiusmodi nugisque veterum scriptorum etymologica, quae servata sunt, abundarent. Sed Alexionis hariolationes reapse aptissimae sunt, quae legentibus risum moveant, veluti scriptura *μάγιρος* pro usitatiore *μάγειρος*, *ὅτι μαγία γάρ τις ἡ ἄρτυσις τῶν ἑψημάτων* (fr. 12, v. etiam p. 52). Hinc Alexionem ignorasse formam *μάγιρος* Aeolicam esse clarescit, quapropter in festivum errorem incidit *μάγιρος* cum *μαγία* coniungendi. Atque idem illi accidisse videtur de nomine *Ποσειδών*, quod una cum Apollonio grammatico scripsit *διὰ τοῦ ι παρὰ τὴν πόσιν δοτικήν* (fr. 13), Didymus et Trypho cum praetulerint *Ποσειδῶν ἀπὸ τῆς πόσεως.* Sane vero ac sobrie Herodianus discrepantiam scripturae dirimit de orthogr. L. II, p. 443, 16: *τὸ δὲ Ποσειδῶν διαφορεῖται· παρὰ γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται, οἱ δὲ Αἰολεῖς καὶ Δωριεῖς διὰ τοῦ ι.* cf. L. II, p. 572, 27.

Hoc loco forsitan aptissime interponere liceat duo testimonia ex Herodiani technici reliquiis petita, quibus perinde Alexionis praecepta quaedam orthographica promulgantur. Ac primum quidem ex Herodiani prosodia catholica apertum est Alexionem rursus Philoxeno accedente *τοὺς δαίμονας Καβείρους διὰ τοῦ ι* scripsisse (L. I, p. 198 6. fr. 24) nulla pro-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

babili causa,[1]) deinde in eiusdem technicorum principis libro de orthogr. legimus s. v. *ἀλείτης* L. II, p. 436, 14 (fr. 26): *γίνεται δὲ παρὰ τὸ ἀλιτῶ τὸ ἁμαρτάνω ἀλείτης ὁ ἁμαρτωλός.* Num vero etymologi, quorum in numero Herodianus ipse cum Alexione versatur, recte revocaverint *ἀλείτης παρὰ τὸ τὰς λιτὰς μὴ τηρεῖν*, sub iudice ponamus; quod quamquam haud ita incredibile videtur, tamen secundum paradosin Graecos vocem *διὰ τῆς ει διφθόγγου* scripsisse Herodianus ipse Alexionis scriptura pervulgata testatur.

Etymologica Graecorum ac verborum lexica, multis variisque casibus agitata, concisa ac mutilata ad nostram aetatem pervenisse inter eruditos constat. Non raro accedit, quod librariorum vel edd. culpa specimina artis grammaticae, quae quidem primum in lucem prodierint, tantis vitiis sunt inquinata, ut textus et sententia scriptorum vix aut ne vix quidem restitui ac divinari possint, quae res nobis Alexionis fragmenta colligentibus permolestae sunt in Cyrilli lexico a Cramero in Anecd. Paris. IV, p. 177 sq. ex cod. Bodl. ol. Meermann. tom. II, 2 edito, quod etiam Alexionis testimoniorum copiam effundere subinde cognoscimus, quae occasione oblata manu emendatrici, quantum potero, recensere iuvabit.[2])

---

1) Herodianus ipse aliter iudicat in libro de orthogr. L. II, p. 348, 25: *Τὰ διὰ τοῦ ειρος προπαροξύτονα ἀπὸ ῥημάτων γινόμενα διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται. οἷον μάσσω μάγειρος . . . . ., οἷς ἴσως συνέδραμε τὸ Κάβειροι, ὅπερ Ἀλεξίων καὶ Φιλόξενος διὰ τοῦ ι. ἡ δὲ παράδοσις δίφθογγον ἔχει.*

2) A Ludwichio, magistro venerabili, rogatus T. W. Allen, prof. Oxoniensis, locos huiusce lexici, ubi *Ἀλεξίων* vocatur, post Cramerum iterum contulit ac fructus huius collationis quamvis ad textum emendandum perexiguos mihi benigne Regimontium transmisit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Alexionem de scriptura vocis *βωνίτης* egisse ex notatione huius lexici Cram. l. c. IV, p. 180, 17 (fr. 10) docemur: *λέγει αὐτῷ Ἀλεξίων Αἰγύπτιος· διὸ διὰ τοῦ ι γράφεται*, quae verba lacunosa ac corrupta esse vel caecis, ut aiunt, apparebit. Sed fortasse locum non nihil sanare possumus. Pro *αὐτῷ Ἀλεξίων*, quod quid valeat, equidem non video, *οὕτω Ἀλεξίων* scribendum esse mihi persuasi vel *ὁ αὐτὸς Ἀλεξίων*, quoniam in glossa antecedente s. v. *βινεῖν* eiusdem nostri grammatici nomen laudatur; contra post *Αἰγύπτιος* lacunam subesse contenderim, quod verbis *λέγει* et *διὸ* comprobatur. Verum de Alexionis ipsa sententia, quam haud dubie lacuna continebat, meo iudicio arte nesciendi utendum est. At multo facilius est certiora dicere, quid Alexio docuerit de vocabulo *Φθία* in eodem Cyrilli lex. Cram. l. c. p. 193, 17 (fr. 17), ubi haec traduntur: *Ἀλεξίων· μήποτε ἐπεὶ ἴφθιμοι καὶ ἰσχυροί*. De Pthia Thessalica egit scripsitque *Φθία* per *ι* vocalem, fortasse quod incolae essent *ἴφθιμοι καὶ ἰσχυροί* (homines robusti ac validi)

Hac via ducimur ad alteram quaestionem, quam breviter perstringere necesse est. Reitzensteinius, vir de etymologicis Graecis optime meritus ac veterum lexicorum peritissimus, occasionem avidissime amplexus[3]) doctrinam lexici, quod vocant, Messanensis ab H. Rabe[4]) editi, postquam ex Ori[5]) grammatici libris *περὶ ὀρθογραφίας* id compilatum esse probabili

---

3) Gesch. d griech. Etym. 1897 p. 289 sq

4) Mus. Rhen. XLVII (1892), p. 404 sq.; L (1895), p. 148 sq.

5) Ori grammatici aetatem, quem Ritschelius (De Oro et Orione, opusc. I, pagg. 582—673) Herodiani et Phrynichi aequalem aemulumque habebat, Reitzensteinium nuperrime l. c. pagg. 287—350 usque ad saeculum V p. Chr. n. verius promovisse notandum est.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ratione demonstravit, cum Herodiani primi libri *περὶ ὀρθογραφίας* reliquiis eiusque scholiis in codice Tischendorfiano altero Lipsiensi servatis comparandam sibi proposuit, cuius specimina quaedam ampliora post Tischendorfium Reitzensteinius ipse evulgavit. Quae frustula quamvis densis tenebris obvoluta in lucem pervenerint, tamen nostrae quoque commentationi favere laetamur, quod praeter alios vetustiores grammaticos veluti Apollonium *τὸν Ἀρχιβίου*, Tryphonem, Philoxenum, Didymum, Aristonicum eiusque patrem Ptolemaeum etiam Alexionem nostrum sexies commemoratum invenimus s. vv. *Ἀργειφόντης*, *Ποσειδών*, *Φθία*, *φιλήτης*, quae quoniam perinde in Cyrill. lex. cod. Bodl. legentibus occurrunt, iam supra fusius disceptavimus. Ac Reitzensteinio iudicante (neque est, cur scrupulos moveamus) consensus non solum sententiarum, sed etiam verborum tantopere conspicitur hominumque oculos ad se convertit., ut nemini libellum cod. Tischend., quem Herodiani librorum *περὶ ὀρθογραφίας* fragmenta complecti veri simillimum est, lexici quod Cyrilli dicitur, fundamentum fuisse non pateat, unde denuo luculenter efficitur Alexionis studia orthographica inter Herodiani fontes uberrimos numeranda esse, id quod iterum iterumque libris, qui Alexionis testimonia servaverunt, confirmatur.

Progrediar igitur ad istius cod. Lips. rescr. naufragia, quae nondum tractavimus. Ac grandem glossarum numerum, quae hodie vix agnoscuntur, facili negotio ex commentariis cod. Bodl. in angustum coactis suppleri posse Reitzensteinius l. c. p. 308 monuit exemplo vocis *φειδύλος*, cuius explicationem

6) Serapeum VIII (1847), p. 49; Anecd. sacra et profana 1855, p. 17.

7) l. c. p. 302 sq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pleniorem[8]) exhibet Cyrill. lex. Cram. l. c. IV, p. 193, 16 (fr. 16): *Φειδύλος· οὕτως καὶ Ἀρχρίας καὶ Φιλόξενος καὶ Ἀπολλώνιος, Ἀλεξίων δὲ διὰ τοῦ ι, ἐπεὶ ὀνοματικόν.* Alexio igitur *φειδύλος* Herodiano reluctante[9]) non *ῥηματικόν* a verbo *φείδομαι*, sed *ὀνοματικόν* ab adiectivo *φειδός* denominabat, quod *φιδός* scripsit, ut auctor Etym. M. p. 791, 10: *Τοῦ δὲ φιδός ὀνόματος γράφεται τὸ φι διὰ τοῦ ι, εἰ γὰρ ἐγράφετο διὰ διφθόγγου, φοῖδος ἂν ἐλέγετο τὸ ῥηματικὸν ὄνομα.*

Deinde exilia Reitzensteinii excerpta Alexionis nonnulla testimonia perhibent, quae Cyrilli lexicon reticuit. Legimus enim in cod. Tischend. fol. 22v Reitzenst. l. c. p. 305, 14 (fr. 23):

Πρώιην . . . . . *ἔτι δὲ καὶ Ἀλεξίων [σὶν τῷ ι ἐκ τῆς ἐτυμολογίας τῆς τοῦ [πρωΐ, ὅπερ ἀπὸ τοῦ προιέναι κτέ*, ubi conf. Aristarchi sententiam schol. *A* Il. *O* 470: *ἀμφότερα γράφεσθαί φησιν ὁ Ἀρίσταρχος πρῴην καὶ πρωΐον, ταὐτὸν δὲ ἐξ ἑκατέρου σημαίνεσθαι.* Sed nobis h. l. de orthographia tantum agendum est, quam Alexionem haud immerito diiudicasse liquet cum *ι* vocali *πρωΐην* vel *πρῴην*, quod ex *πρωΐην* exortum de *πρώιος* adiectivo ducendum est. Denique nostrum videas in eodem cod. Tischend. fol. 19r Reitzenst. l. c. p. 307 (fr. 22), ubi inter alia legitur: [*Φθε*]*ισήνωρ· ει ἡ*

---

8) In cod. Tischend. rescr. tantummodo oculis perspici possunt litterae:

Φειδύλος· ει· οὕτως . . . .
καὶ Ἀπολλώνιος, . Ἀλε[. . . .

δὲ διὰ τοῦ ι, ἐπεὶ ὀνοματικόν, quod Reitzensteinius suo iure replet:

Φειδύλος· ει· οὕτως [καὶ Ἀρχίας καὶ Φιλόξενος
καὶ Ἀπολλώνιος, Ἀλε[ξίων
δὲ διὰ τοῦ ι, ἐπεὶ ὀνοματικόν.

9) L. II, p. 598, 13: *φειδύλος παρὰ τὸ φείδομαι· ει δίφθογγος.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

παράδοσις — ἴσως ἀπὸ τοῦ — — [Ἀ]λεξίων κτέ. Non dubium est, quin Alexio et Philoxenus h. l. contra paradosin analogia verborum φθίω et φθίνω permoti scripturam φθισήνωρ defenderint.[10])

De glossarum serie, quae Alexioni in Etym. Angelicano assignantur, cuius brevem descriptionem edidit Ritschelius primum in lect. catal. Bonnens. 1846—1847, deinde opusc. I, pagg. 674—692, longi esse nolumus, quod de plerisque, quae ceteris etymologicis non desunt, superius iam actum est. Restant glossae θειλόπεδον Etym. Angel. § 131 (fr. 21), de qua Alexionis sententiam quod attinet, ex Ritschelii notatione nihil statuere licet[11]) et Ἀρτεμίσις l. c. § 29 (fr. 20) ubi post lacunam dicitur τοῦτο δὲ Ἀλεξίων . . Jam dissertissime scripturae Ἀρτεμίσιος adstipulatur Herodiano praecedente scriptor Etym. Gud. p. 81, 22: Ἀρτεμίσιος δὲ διὰ τοῦ ι. τὸ μι βραχὺ καὶ τὸ σι ἰῶτα, καὶ αὐτὸ μακρόν. τὰ γὰρ διὰ τοῦ ισιος καὶ ισια καὶ ισιον οὐδέτερον ἀποστρέφονται τὴν ει δίφθογγον. Alexio vero haud perinde senserit, quod ex verbis τοῦτο δὲ ante nomen intellegitur.

Hactenus lustravimus Alexionis studia etymologica. Qui quamquam parum etymologiae disciplinam promovisse putandus est, tamen non alienum videbatur hoc uno exemplo gravissimo denuo monstrare, qua ratione grammatici ante Herodianum, quorum vestigia glossographos posteriorum temporum et Graecorum lexicographos pressisse inter omnes constat, talia agitare consuevissent.

---

10) Cf. verba Etym. M. p. 719, 1.

11) Cf. Cyrill. lex Cram. Anecd. Paris. IV, p. 183, 16. θειλόπεδον· ἔνθα ἀποτίθενται αἱ σταφυλαὶ ξηρανθησόμεναι, ὡς Ἀλεξίων . . (fortasse non nulla desunt).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

b) de Alexionis studiis prosodiacis.

Jam imaginem quandam Alexionis doctrinae ad prosodiam spectantis adumbraturi gravissimas eius observationes, quae per Homeri Iliadis scholl. traduntur, breviter hoc capite recenseamus. Alexionem vero quaecumque ad prosodiam veteres referebant[1]), tractasse infra clarius elucebit, accentum scilicet (etiam ad anastrophae et inclinationis regulas ut Ptolemaeus Ascalonita alii propius accessit) spiritum, quaestiones de coniungendis disiungendisve vocabulis atque orthographiam. Atque etiam quae nonnullis locis de Aristarchi lectionibus et verborum interpretatione sententiae servatae sunt, sine ulla dubitatione ad hunc de prosodia librum revocaverim. Itaque ex hac parte materia secundum normas certiores accuratius disposita hanc Alexionis reliquiarum tractationem spectari velim, quam ad artis grammaticae notitiam nihil afferre ac novitate sententiarum prorsus vacare equidem haud ignoro: collegisse explicasse examinasse satis habui.

Accedamus igitur ad universam rationem, quam Alexio in prosodiae studiis sequebatur, et singula eius praecepta, quoad in rem est, tractanda. Quo facilius de eis, quae ipse docuit, iudicetur, rationem, quae inter eum aliosque Homeri interpretes, Aristarchum potissimum, Ptolemaeum Ascalonitam, Herodianum alios intercedat, per indices diligentius exponere atque illustrare non abs re videbitur. Primo igitur ad praecepta, quae proprie dicuntur 'prosodiaca' i. e. accentuum vertamur, de qua re hanc tabulam assequimur, quam postea cum studio collustrabimus:

---

1) Cram. Anecd. Oxon. IV, p. 308, 17: *εἴδη δὲ προσῳδίας τρία, τόνοι, χρόνοι, πνεύματα.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

	Herod. Pr. Il.	Alexio	Aristarchus	Nicias	Heracleo	Ptolemaeus Ascal.	Herodianus	οἱ πλείους et οἱ ἄλλοι
1.	*B* 368[2])	ἤ	—	—	—	ἤ	—	—
2.	*B* 523	πηγῇς ἐπὶ Κηφισοῖο	id.	—	—	πηγῇς ἔπι Κηφισοῖο id. Pamphilus	id.	—
3.	*Z* 357	οἶσιν ἐπί	—	—	id.	οἶσιν ἔπι	?	—
4.	*K* 134	οὐλή	id.	οὐλή	—	id.	id.	—
5.	*Λ* 454	ἐρυοῦσι	ἐρύουσι	—	—	—	ἐρύουσι	—
6.	*Λ* 503	νεῶν	id.	—	—	id.	—	νέων
7.	*M* 26	ἁλίπλοα	—	—	—	—	id.	id.
8.	*N* 391	νείκεσι	—	—	—	νεικέσι	—	—
9.	*O* 320	κατένωπα	κατενῶπα	—	—	—	id.	id.
10.	*O* 444	ἰοδόκον id. Attalus	—	—	—	—	id.	ἰόδοκον
11.	schol. Gen. Il. *Φ* 331.	Κυλλοποδῖον id. Hermapias	Κυλλοπόδιον	—	—	—	Κυλλοπόδιον	—

Ac primum in propriis verborum accentibus Alexio saepissime cum Aristarcho et Ascalonita in scholiis uno tenore vocatur, quibuscum eum mox pariter facientem, mox acriter pugnantem videmus; rarissime alii grammatici in censum veniunt; quae scholia iterum conferamus: *K* 134 (fr. 39) Aristarchum secutus Alexio scripsit *παροξυτόνως οὔλη ὡς κούρη* Nicia adversante, qui vocem *ὀξύνει ὁμοίως τῷ 'οὐλὴν μὲν πρῶτον τήνδε φράσαι ὀφθαλμοῖσιν'* (Od. *ω* 331). Sed permultum interesse inter cicatricem[3]) et delicatam teneramque lanuginem[4]) Niciam quidem prae-

2) Sectam Alexionis fuisse ne eo quidem demonstratur, quod non nusquam ut hic B 368, deinde Herod. Pros. Il. *Z* 319, *I* 6, *Λ* 799 *οἱ περὶ Ἀλεξίωνα* laudantur, cf. Lehrs, quaestt. epp. p. 28 not. Etiam ex discipulis eius nemo inclaruit.

3) *οὐλή* cf. Od. *τ* 391, 393, 464.

4) *οὖλη λάχνη* cf. Od. *ζ* 231 et Il. *Π* 224, de quo schol. refert: *καὶ τὸ ἀρσενικὸν αὐτοῦ ἐβαρύνετο 'οὔλων τε ταπήτων'*.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

terisse videtur. Prosodiam tralaticiam deinde Alexio defendit in voce *ἁλίπλοα M* 26 fr. 51) cum aliis tum Herodiano probante *κατὰ γὰρ αὐτῶν τῶν ἐρειπίων ἡ λέξις κεῖται, οὐχὶ τὰ ἐν τῇ ἁλὶ πλέοντα σημαίνεται.* Ac pariter in *ἰοδόκον O* 444 (fr. 59) noster cum Attalo accentum vulgarem, nempe acutum in paenultima servavit *ἐπεὶ αἰτὴ ἡ φαρέτρα δέχεται καὶ ἔστιν ἐνεργητικόν*, quod Herodianus — multa sunt, de quibus quomodo Aristarchus iudicaverit, non notatur — *πιθανώτερον* censet quam aliorum opinionem, qui accentum retrahebant *προπαροξυτόνως* legentes *ἰόδοκον*, quam prosodiam recentiores meritissimo respuerunt. Denique Aristarchi propugnatorem se praestat *Λ* 503 (fr. 46), quo in versu *οἱ πλείονες ἀνέγνωσαν νέων ὡς ξένων, ἵνα τῆς οἱ νέοι εὐθείας γενικὴ ὑπάρχοι*, contra illi (sc. Aristarchus atque Alexio) cum Ascalonita vocem circumflexu notabant *νεῶν, ἵνα ἀπὸ τοῦ 'τῶν νέες ὠκεῖαι'* (Od. *η* 36) *ἤ, ἐπεί, φησί, νοῦν οὐκ ἔχει τὸ βαρυνόμενον, τὸ μέντοι περισπώμενον, τοιαύτης ὑπαρχούσης τῆς διανοίας, τὰς πρὸ τῶν νεῶν τάξεις.* Verumtamen lectionem *νέων* recc. anteponere solent, quamquam hoc mire dictum esse pro '*κούρων Ἀχαίων*' permulti concedunt.

Quibus peractis scholia expediamus, in quibus Alexionem ab Aristarchi vel Ptolemaei doctrina recedentem offendimus: ab Aristarcho dissensit Herod. scholl. *Λ* Il. *Λ* 454, *O* 320, Gen. Il. *Φ* 331, ab Ascalonita praeter Herod. scholl. Il. *B* 523 et *Z* 357, de quibus infra dicendum erit, scholl. Il. *B* 368 et *N* 391. Ac primum quidem schol. Il. *Λ* 454 controversia disceptatur Aristarchum inter atque Alexionem, utrum *ἐρίουσι* praesentis forma pro futuro sit accipienda an scribendum *ἐρυοῦσι*, quod noster tuebatur, qua de causa ab Herodiano compellatur (cf. fr. 45). Sed hunc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quoque summopere errasse *ἐρύουσι* pro praesente futuri loco explicantem hodie omnes v. dd. uno ore consentiunt; optime *ἐρύουσι* pro futuro accipiunt ad similes futuri formas ut *ἐξανύω ἐξαφύω τανύω* delegantes.[5]) Itaque non est, cur Alexioni assentiamur. Ad quod genus studiorum eiusdem grammatici Aristarcho adversantis etiam pertinent qualia traduntur Herod. schol. Il. *O* 320 (fr. 58) *κατενωπα· Ἀρίσταρχος ὡς κατὰ δῶμα, ἀπ' εὐθείας τῆς ὤψ, ἥτις αἰτιακὴν ἔχει τὴν ὦπα· ὁ δὲ Ἀλεξίων καὶ οἱ πλείους ὡς κατέναντα κτέ*, in quo diiudicantibus non succurrit Herodianus, criticus rei prosodiacae sagacissimus, quem in hac re hic illic titubasse eodem schol. edocemur. Aristarchus vero *κατ' ἐνῶπα* (non *κατενῶπα*) legisse nonnulli v. dd. (in his Lobeckius)[6]) probabiliter coniecerunt, quae scriptura Spitznero praeeunte a plerisque edd. recepta mihi quidem ratione Duentzeri aliorumque nostratium veri similior videtur, qui cum Alexione legunt *κατένωπα*. Porro in offendimus, quod iste schol. Gen. Il. *Φ* 331 (fr. 63) Hermapia auctore *Κυλλοποδῖον* properispomenon voluit, quo arbitrio non acquiescamus Aristarcho adstipulati, cuius iudicium ab hac Alexionis prosodia valde abhorret, ut ex Herod. schol. *A* ad. h. v. scitur: *τὸ κυλλοπόδιον Ἀρίσταρχος προπαροξύνει, ᾧ καὶ ἐπείσθημεν ὥςπερ ἤδη προείπομεν ἐπὶ τοῦ ὀλβιόδαιμον* (Il. *Γ* 182) *γενόμενοι*, eoque magis ad hanc viam Aristarchi delati sumus, quod Herodianus hac ratione probata Alexionis mendaciis saepius repugnat ut in excerptis libri *ιε'* de orthogr. L. I, p. 419, 17: *Αἱ ἀπὸ τῶν εἰς ων εὐθειῶν ἁπλῶν κλητικαὶ ἐπὶ τῆς αὐτῆς συλλαβῆς ταῖς εὐθείαις τὸν τόνον φυλάττουσι, πέπων*

5) Buttmann, Ausf. Sprachl. I, p. 393. Krueger, Sprachl. § 29, 2 adn. 4.

6) Paral. gramm. Gr. I. p. 169.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

πέπον, δαίμων δαῖμον . . . . . εἰ μέντοι σύνθετοι εἶεν, ἀναβιβάζουσι, τὸν τόνον τουτέστι προπαροξύνονται εὔδαιμον, κυλλοπόδιον, Αὐτόμεδον, Ἀγάμεμνον, ὀλβιόδαιμον.

In particularum *ἦ* et *ἦ* accentu inter veteres grammaticos magnam dissensionem invaluisse Lehrsius praeclare monuit eorumque rationes egregie ac dilucide exposuit;[7]) et deinde monuerunt alii.[8]) Huc respicit schol. ABL Il. *B* 368 (fr. 27), ubi Ptolemaeus et Alexio inter sese discrepant, utrum vs. Il. *B* 367 sq.: *'γνώσεαι δ', ἦ καὶ θεσπεσίῃ πόλιν οὐκ ἀλαπάξεις ἢ ἀνδρῶν κακότητι καὶ ἀφραδίῃ πολέμοιο'* particulae *ἦ* versus posterioris gravem imponere an circumflexo insignire praeoptandum sit; sed ipse audias schol. *A* ad h. l.: *Πτολεμαῖος περισπᾷ τὸν ῆ διαπορητικὸν ἐκδεχόμενος. εἰσὶ δὲ οἱ ὀξύνουσιν, ὥσπερ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀλεξίωνα, ἐκδεχόμενοι παραδιαζευκτικὸν τὸν ἦ.* Ptolemaeus igitur ex Lehrsii interpretatione l. c. p. 57 duplicem interrogationem h. l. subesse voluerat: intelleges, utrum divinitus etiam urbem non delaturus sis an (tantummodo) militum ignavia. Alii quidam sic: intelleges, an urbem non delaturus sis — vel divinitus etiam vel militum ignavia. Hinc igitur quaestio exoritur, Ptolemaeo an Alexioni in hac re maiorem fidem tribuamus; nec longa profecto eget deliberatione. Ptolemaeum enim verum vidisse disertis testimoniis Herodiani, Apollonii, Nicanoris aliorum demonstratur, qui in eo omnes conspirant, 'in eiusmodi enuntiationibus secundum *ἦ* non esse disiunctivam particulam *διαζευκτικήν*, aut, nec subdisiunctivam *παραδιαζευκτικήν*, vel, sed interrogativam, vel ut hic etiam cum veteribus loquar, dubitativam *δια-*

7) quaestt. epp. diss. II § 5, p. 50 sq.

8) Merkel, praef. ad min. edit. Apollon. Rhod. p. 5; Amisius ad Od. *α* 175.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

πορητικήν vel ἀπορηματικήν vel ἐρωτηματικήν vel διστακτικήν, Latinorum a n',[9]) quod Lehrsius l. c. p. 53 pluribus exemplis ex grammaticis collectis nitidissime ostendit. Ac recte vir omnium doctissimus solita perspicuitate ex testimonio Herodianeo perspexit Alexionem ipsum, si particulam pro dubitativa habuisset, scripturum fuisse ἦ,[10]) quae lectio est hodie vulgata.

Jam licebit ad ea progredi, quae de aequalium (Ptolemaei scilicet et Alexionis) varietate sententiarum Herod. schol. Il. *N* 391 leguntur, ubi de pronuntiandis νεήκεσι vel νεηκέσι agitur (fr. 54). Ptolemaeus h. l. non prorsus sibi adversantem habet Herodianum, qui ipse canona, quem schol. continet, agnovit,[11]) sed cum secundum paradosin barytonon sit νεήκης Alexioni magis obtemperandum esse censet, quae ratio etiam recentioribus visa est conspicua·

Ad anastrophen praepositionum quod attinet, Alexionis doctrina duobus praeceptis a Ptolemaei regula abhorret, de qua re quomodo veteres in universum se gesserint, non opus sunt verba permulta. 'Ubi praepositio vocabulo, ad quod pertinet, nomini vel pronomini vel verbo postponitur, omnium grammaticorum antiquitatis regula est accentum retrahi; retinet tamen accentum praepositio, si inter eam at-

---

9) Haec sunt Lehrsii verba l. c. p. 51.

10) Inspicias quaeso schol. h. l. BL: *Πτολεμαῖος περισπᾷ τὸν ἦ, ἵν' ᾖ τῇ ἰδίᾳ. οἱ δὲ περὶ Ἀλεξίωνα ὡς διαπορητικὸν ἢ διαζευκτικὸν ἐκδεχόμενοι ὀξύνουσιν, ἵν' ᾖ ἀντὶ τοῦ ἄλλου ἤ*, unde apparet, quo modo hi antiquos grammaticos, quos ante oculos habuerunt, male interpretati sint quamque fidem mereantur.

11) Docuit ea, quae non sunt a neutris in $\overline{\text{ος}}$, sed a femininis in $\overline{\eta}$ (νεήκης sc. de voce ἀκή) oxytona esse praeter νεήκης et ταναήκης, quae per synecdromen se applicuere ad εὐμήκης cf. Lehrs, quaestt. epp. p. 152.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

que vocabulum, quod inde pendet, una vocula vel plures intercedant.'[12])

Sed haec in transcursu vel praefationis loco diximus; res enim multo fit intricatior, ubi praepositio substantivum inter et adiectivum vel inter duo substantiva sedem habet, in quo paululum commoramur, quod Alexionis de hac re doctrina plane singularis ac solivaga observatur ac nonnulli viri docti Herod. scholii Il. *B* 523 (fr. 28) contextu obscuro et intellectu haud facili in errorem inducti esse videntur.

Quodsi de ratione quaeritur, quam veteres observasse constat, si praepositio inter substantivum et adiectivum posita erat, Lehrsius[13]) triplicem sententiam grammaticorum, qui iudicio ac consensu omnium habentur nobilissimi, luculenter scholiis[14]) elicuit: 'Aristarchus praepositionis accentum retrahebat praecedente substantivo, praecedente adiectivo Ptolemaeus, sive hoc sive illud esset Apollonius, quocum sensit Herodianus filius, ut cum Ptolemaeo Nicias et aliquammulti. Aristarchus sine dubio putabat ex natura rei substantivum antecedere debere adiectivo, ut v. c. propria constructio sit *ὑπὸ δουρὶ ἐμῷ*; cum contra *ὑπ' ἐμῷ δουρί*, quod Aristarcho hyperbaton esset,[15]) Ptolemaeo rationi conveniens videretur. Nam diligenter veteres grammatici quaesivere, quid in collocatione verborum rationi consentaneum esset, quid usum demum loquendi vel poetarum libertate induc-

---

12) De qua re similibusque quaestionibus semper videndus est Lehrsius, ubi diligentissime de anastrophe egit, quaestt epp. p. 79 sq.

13) l. c. 81 infr.

14) Ad hanc rem potissimum in censum veniunt scholl. *A* Il. *B* 162, 839, 877, *Γ* 240, *K* 18, *Ψ* 718, schol. Od. *ζ* 89.

15) Cf. scholl. *A* Il. *A* 11, *Φ* 317.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tum.' Hactenus Lehrsius. Aristarchus igitur, ubi naturae ordinem mutatum et hoc sive illud vocabulum 'per hyperbaton' translatum vidit, praepositionem praepostere positam et accentum retrahendum censuit. Contra vero Ptolemaeus,[16]) qui ut Apollonius et Herodianus genuinam et propriam verborum collocationem hanc existimabat, ut adiectivum substantivo, appellativum nomini proprio antecederet: *ἐνὶ κυδιανείρῃ μάχῃ, ἀπὸ ποταμοῦ Σελλήεντος*, una cum Herodiano scripsit *ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος* (Il. *B* 839), *φίλης ἄπο πατρίδος αἴης* (Il. *B* 162), atque iterum in hac re consentiente Nicia *πρὸς τὰ προσηγορικώτερα ποιούμενος τὰς συντάξεις* (cf. Herod. schol. Il. *B* 839) L. II, p. 38, 15, ubi nomen proprium praecedit sequente appellativo vel sustantivum sequente adiectivo, anastrophen respuit: scripsit igitur *Ξάνθῳ ἐπὶ δινήεντι* (Il. *E* 479), *μάχῃ ἐνὶ κυδιανείρῃ* (Il. *Z* 124), *Νέστορ' ἐπὶ πρῶτον* (Il. *K* 18) *τρίποδος περὶ ποιητοῖο* (Il. *Ψ* 718), *Ξάνθου ἀπὸ δινήεντος* (Il. *B* 877). Sed revolvimur ad Aristarchum, qui *τοῖς κυριωτέροις συνέτασσε τὰς προθέσεις διὸ ἀναστρέφων ἀνεγίγνωσκε 'Ξάνθου ἄπο δινήεντος', φυλάσσων δὲ τὸν τόνον ἐπὶ τοῦ 'ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος'* (haec insunt Herod. schol. Il. *B* 839 l. c. p. 38, 18); itaque cum inter nomen proprium et apellativum praepositio intercedit, proprio praecedente accentum retrahebat, praecedente apellativo retinebat. Sed fortasse me longius exspatiatum esse arbitraberis, tametsi non plura me dixisse statim videris, cum ad Alexionem revertamur: Leguntur enim Herod. schol. Il. *B* 523 (fr. 28) s. lemmate *πηγῆς ἔπι: Πτολεμαῖος ἀναστρέφει καὶ Πάμφιλος. Ἀλεξίων συντάσσει τῇ γενικῇ τὸν πρόθεσιν καὶ οὐκ ἀνα-*

16) Baege, de Ptolem. Ascal. p. 38 sq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

στρέφει. Ἀρίσταρχος δέ τοῖς κυριωτέροις συνέταττε τὰς προθέσεις. Quis non primo obtutu videt collato schol. Il. *B* 839 Aristarchum h. l. accentum retinuisse et legisse *πηγῆς ἐπὶ Κηφισοῖο*, ut l. c. *ποταμοῖ ἀπὸ Ἑλλήεντος*? Et me recte iudicasse Lehrsii egregia disputatione[17]) comprobatur, qui alia via progressus et ipse ad eundem exitum pervenit: 'Verum enimvero Herodianum, qui accentum praepositionis inter substantivum et adiectivum positae utique retrahebat,[18]) hanc regulam neglexisse in praepositione genetivum inter et substantivum posita complura testimonia sunt scholl. Il. *M* 462, *O* 382, *Y* 53, 497', unde suo iure Lehrsius collegit, cum ne ii quidem, qui post adiectivum accentum retraxerunt, idem fecerint post genetivum, hoc multo minus etiam de Aristarcho verisimile esse neque aliter intelligi posse, quod sit apud Herodianum l. c. *B* 523 *Ἀρίσταρχος τοῖς κυριωτέροις συνέτασσε τὰς προθέσεις.* Ac subtiliter vir doctus pergit: 'Nam in eiusmodi constructione id quod regit genetivum, ni fallor, *κυριώτερον* erit quam genetivus suspensus.' Itaque in re ipsa Alexio cum Aristarcho prorsus congruit,[19]) quamquam diversis rationibus ad-

17) l. c. p. 86.

18) V. supra p. 67.

19) Itaque valde erravit A. Blau, de Aristarchi discipulis diss. Jen. 1883 p. 31, cum diceret 'Aristarchum cum Ascalonita censuisse praepositionem ad substantivum inclinare, ut praecedente substantivo retrahi, praecedente genetivo servari accentum poposcerit; scripserit igitur, Ptolemaeus cum Aristarcho *πηγῆς ἔπι Κηφισοῖο* Il. *B* 523. Nihil respondeo nisi Aristarchum scripsisse l. c. *πηγῆς ἐπὶ Κηφισοῖο*, quod omnibus, qui attente mea argumenta perlustraverint, probatum iri spero. Atque immerito idem Blauius l. c. eiusd. p. adn. 1 La Rochium castigat, qui in edit. adnot. crit. ad h. l. subscripsit: *ἔπι* Ptolemaeus et Pamphilus: *ἐπί* Alexio cum Aristarcho, quod veritati haudquaquam repugnat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iuti statuerint pronuntiandum esse πηγῆς ἐπὶ Κηφισοῖο; Alexio enim cum genetivo Κηφισοῖο praepositionem ἐπὶ coniunxit, Aristarchus (haud dubie rectius) cum dativo πηγῆς, ut omnino sibi legem proposuerat τοῖς κυριωτέροις συντάσσειν τὰς προθέσεις.[20]) Alexio autem forte Tyrannionis auctoritate nixus[21]) naturalem ordinem verborum putabat ut Lehrsii exemplo utamur, ὑπὸ βοῶν ποσί et ideo scripsit Il. *Y* 497 βοῶν ὕπο ποσσί, et Il. *O* 382 νηὸς ὕπερ τοίχων; namque huic nostro grammatico Herodianus obloqui videtur, cum dicat Prosod. Il. 497 (L. II, p. 115, 17) βοῶν ὑπὸ πίσσ' ἐριμύκων: οὐκ ἀναστρεπτέον τὴν πρόθεσιν· ἔχει γὰρ σύνταξιν πρὸς τὴν ἐπιφερομένην δοτικὴν τὴν ποσσίν, ὁμοίως τῷ 'ὥς ἄρα τῶν ὑπὸ ποσσὶ κονίσαλος ὤρνυτ' ἀελλής' (Il. *Γ* 13) et Prosod. Il. *O* 382 (L. II, p. 95, 33): νηὸς ὑπὲρ τοίχων καταβήσεται: οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀναστρέφειν τὴν πρόθεσιν, ἀλλὰ συντάσσειν τῇ τοίχων γενικῇ. Itaque Alexio cum ἐπὶ Κηφισοῖο πηγῆς componeret ac genetivus h. l. post praepositionem locum teneret, accentum servare coactus est. Ac simili quidem deliberatione ductus etiam Ptolemaei ratio facile cognoscitur, qui quod apellativum in naturali ac propria verborum collocatione nomini proprio antecedere sibi videbatur, coniunxit πηγῆς ἐπὶ Κηφισοῖο et tum sua regula usus accentum retrahebat ut Il. *B* 839 ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος.

20) Cf. Herod. Prosod. Il. *Γ* 240 (L. II, p. 41, 8). — Hic fortasse quispiam dixerit genetivum nostro loco Il. *B* 523 nomen proprium esse et huc spectasse Herodianum, cum talia de Aristarcho traderet; sed hoc nihil interesse neque eo tetendisse Herodianum arbitror; quid enim interesse possit in hac causa inter πηγῆς ἐπὶ Κηφισοῖο et inter πηγῆς ἐπὶ ποταμοῦ, equidem cum Lehrsio l. c. p. 86 non video.

21) Schol. Il. *M* 462 (L. II, p. 83, 31) contra eum Herodianus dimicat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Multo clarius, immo simplicissime res se habet Herod. schol. Il. Z. 357 (fr. 32), quod alterum Alexionis et Ptolemaei dissensum de anastropha exhibet: docemur enim h. l. Ptolemaeum ἐπὶ cum dativo οἷς coniungi voluisse, quo factum est, ut anastrophae patrocinaretur. Sed alii rem aliter gerebant, ut Heracleo optime meo quidem iudicio tmesin defendit (ἐπὶ Ζεὺς θῆκε i. e. Ζεὺς ἐπέθηκεν), cuius exempla apud Homerum sescenta inveniuntur, quare accentum suo loco ut recte positum servavit. Verum haud ita arridet ac fortasse nemini probatur Alexionis doctrina, quae nuntiat praepositionem esse superfluam et ideo accentum retinendum, id quod etsi Herodiano ipsi non displicuisse videtur, mihi quidem non placet, et si accipias, equidem iam Ptolemaei rationem praetulerim, quamvis, ut cum Herodiano loquar, οὐχ ὁρῶ τινα λόγον ἀναγκαστικόν.

Hisce Alexionis testimoniis adnectere placebit reliquias de coniungendis disiungendisve vocibus, quippe quae cum studiis prosodiacis quodammodo cohaereant tantoque numero in scholiis reperiantur, ut omnia posteriore loco ad amussim percensere haud iniquum videtur. Ac more solito, priusquam singula proferamus, imaginem speciminum huiusmodi praemittere lubet:

	Herod. Pros. Il.	Alexio	Aristarchus	Tyrannio	Heraclio	Ptolem. Ascal.	Herodianus	οἱ πλείους vel οἱ ἄλλοι
1.	Z 149 (schol. L)	ἡμὲν — ἠδ'	—	—	—	—	id. praef.	ἡ μὲν — ἡ δ'
2.	Z 319	ἔχ' ἑνδεκάπηχυ	—	—	id.	nihil praef	id.	ἔχεν δεκάπηχυ
3.	Z 465	πρίν γέ τι id Dionys. Sidon.	—	—	id.	πρίν γ' ἔτι	id.	—

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

	Herod. Pros. Il.	Alexio	Aristarchus.	Tyrannio	Heraclio	Ptolem. Ascal.	Herodianus	οἱ πλείους vel οἱ ἄλλοι
4.	*H* 177	θεοῖσι δὲ	—	—	id.	θεοῖς ἰδὲ	nihil praef.	—
5.	*I* 147	ἐπὶ μείλια id Apollodorus	ἐπιμείλια	—	—	—	—	id.
6.	*I* 426	ἐμεῦ ἀπομηνίσαντος	—	—	—	id.	id.	ἐμεῦ ἄπο μηνίσαντος
7.	*I* 449	περιχώσατο	—	—	—	—	id. cum paradosi	πέρι χώσατο
8.	*K* 242	κελεύετ' ἔμ'	κελεύετε μ'	—	—	κελεύετε μ'	praef. κελεύετε μ' cf. Prosod. Il. I 680 (L. II, p 68. 25)	—
9.	*Λ* 395	περὶ πλέες	—	περίπλεες	—	id.	—	—
10.	*Λ* 409	τόνδε	—	τὸν δὲ	—	—	τὸν δὲ	—
11.	*Λ* 635	ὑπὸ πυθμένες	id.	—	—	—	—	ὑποπυθμένες
12.	*Λ* 652	πάλιν ἄγγελος	id.	—	—	id.	—	παλιν-ἄγγελος
13.	*Λ* 754	δι' ἀσπιδέος vel διὰ σπιδέος	δι' ἀσπιδέος	—	—	δι' ἀσπιδέος	διὰ σπιδέος cum Zenodoto et Ameria	—
14.	*O* 10	κῆρ ἀπινύσσων	id.	—	—	id.	id.	κῆρα πινύσσων
15.	*P* 174	με φῄς	—	—	—	μ' ἔφης	id.	—

Tabula praefixa docemur Herodianum cum Alexione consentire saepissime itemque saepissime dissentire Ascalonitam; Aristarchum deinde et Tyrannionem bis aliter iudicasse, Heracleonem et Aristarchum ter idem probasse inde lucescit. Quod ut pluribus stabiliatur, ab Aristarcho incipiamus, omnium Homeri criticorum principe et signifero, cuius sectatorem acerrimum se

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

praestat Alexio schol. Il. *Λ* 635 (fr. 47), ubi eum secutus scripsit *ὑπὸ πυθμένες*. Alii autem coniunctim legere maluerunt *ὑποπυθμένες*, ut apud Athen. XI, p. 492 *A* haec scriptura defensitatur contra Dionysium Thracem, qui et ipse rectius *κατὰ διαίρεσιν ἀναγνῶναι* traditur; haud dissimile est schol. Il. *Λ* 652 (fr. 48); nam cum Aristarcho et Ptolemaeo etiam Alexio legit pro duobus h. l. *πάλιν ἄγγελος, οὕτως δὲ ἔχει καὶ τῆς ἀναγνώσεως. πρὸς γὰρ τὸ ῥῆμα ἡ σύνταξις ἐγένετο, πάλιν εἶμ' ἄγγελος*,[22]) cum alii *οὐκ εὖ*, ut ait scholiasta, *ἐφ' ἓν* legerent *παλινάγγελος*. Neque silentio praetereamus schol. *O* 10 (fr. 56), quo loco non deerant, qui perperam distinguerent *κῆρα πινύσσων*, sed ab Herodiano refutabantur.

Nec vero immerito Aristarchus, Ptolemaeus, Alexio, Heracleo, alii, tantam operam dederunt singulis in contextu distinguendis vocabulis, quae res, cum antiqui 'scriptura continua' uterentur, ad sensum poetae recte percipiendum erat gravissima. A qua parte quamquam Alexio saepius cum Aristarcho fecit, tamen non nunquam aliam rationem iniit atque 'in verba magistri iurare' aspernabatur, quod quanti sit aestimandum, is facile intelleget, qui ridiculam illam ac superstitiosam verecundiam meminerit, qua plerumque apud posteros '*ὁ ἀνήρ*' fruebatur.[23]) Huius igitur auctoritatem repudiavit scholl. Il. *I* 147 et *K* 242. Atque ingenue fa-

---

22) De significatione Homerica vocis *πάλιν*, quod nunquam 'rursus' significat, sed 'retro' v. inprimis Lehrs, Ar.[3] p. 91 sq; deinde cf. Lobeck, Elem. I, p. 591 sq.; Lentz, praef. ad Herod. p. XLIX.

23) Etiam alii grammatici eiusdem aetatis, in his Ptolemaeus Ascalonita, Aristarchi placita saepius oppugnare non verebantur, cf. Baege l. c. p. 25 sq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

teor Il. *I* 147 (fr. 36) Alexionem cum Apollonio quodam rectius *κατὰ διάλυσιν* legisse *ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω*, (quod recc. sine ullo discrimine laudant) quam Aristarchum, qui *κατὰ σύνθετον* scripsit *ἐπιμείλια*, quod Herodianum postea sprevisse manifestum est, qui pergit: *καὶ ἔστι τὸ ἑξῆς ἐπιδώσω μείλια.* Sed nodos in scirpo Alexionem quaesivisse in schol. Il. *K* 242 (fr. 40) quis est, cui non pateat: h. l. immerito Aristarchi auctoritatem reiecit ac potius maiori cedere, debuit; nam *κελεύετ' ἐμ' αὐτόν*, quod proposuit, Aristarchi et Ptolemaei lectio *κελεύετέ μ' αὐτόν* repressit obruitque,[24]) quia, si illius rationem sequaris, versus caesura deformatur vitiosissima.

Fortius quidem quam Aristarchi doctrinam Ptolemaei Alexionem impugnasse tabula, quae praecedit, exempla perhibet gravissima: sunt schol. Il. *Z* 465, *H* 177, *K* 242, *P* 174. De schol. Il. *K* 242 et Alexionis perversa opinione iam supra actum est; Il. *Z* 465 (fr. 33) Homeri libri mss. longe plurimi iustissime Dionysii Sidonii, Heracleonis, Alexionis verborum distinctionem amplectuntur *πρίν γέ τι*, quam Heynio et Doederlinio praeeuntibus etiam recc. fere omnes recipiunt praeter Duentzerum, qui legi mavult *πρίν γέ τε*; *πρίν γ' ἔτι* vero, quod antea non nulli cum Ptolemaeo legebant, Herodiani ipsius improbationem subisse plane scholiographus testatur. Sed de ea re hac tenus; insequenti schol. Il. *H* 177 (fr. 34) Ptolemaeus *διαστέλλει ἰδὲ χεῖρας ἀνέσχον, ὡς 'ἰδὲ κλέος ἐσθλὸν ὄροιτο'* (Il. *E* 3) Alexio autem *τὴν κατειθισμένην παραλαμβάνει*

---

24) De pronominum personalium prosodia eorumque enclisi et coniunctione cum pronomine epitagmatico *αὐτός*, quid veteres (atque inter eos etiam Herodianum) senserint v. Lehrs, quaestt. epp. p. 112 sq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

'λαοὶ δ' ἠρήσαντο, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον', cui opioni indulgent οἱ περὶ Ἡρακλέωνα. Atqui non prorsus improbat Alexio τὴν ἑτέραν (sc. Ptolemai rationem). Quidnam h. l. iudicandum praeferendumve sit, equidem animi pendeo, fortasse Ascalonitae scriptura, cui maxime suffragatur Nican. schol. Α Β Il. Γ 318 (p. 172 Friedl.): 'ἐὰν εἰς τὸ ἠρήσαντο στίξωμεν, φησὶν ὁ Νικάνωρ, ὡς ἑτέροις ἔσονται θεοῖς ἀνατείναντες τὰς χεῖρας· διὸ στίζει εἰς τὸ θεοῖς καὶ τὸ ἰδὲ ἀντὶ τοῦ καὶ λαμβάνει'; sed utrumque per sese admitti posse etiam recentiores inconstantia ipsa dilucide comprobatur. Porro differunt aequales schol. Il. Ρ 174 (fr. 60), utrum distinguendum sit μ' ἔφης an με φῄς: Ascalonita enim scripsit δισυλλάβως ἐπὶ ἀορίστου χρόνου, Alexio vero μονοσυλλάβως ἐπὶ ἐνεστῶτος χρόνου cum ι adscripto. Cuius partibus Herodianus favet: 'τοῦτο δέ, inquit, ἀπαιτεῖ καὶ ἡ διάνοια· κἀγὼ δὲ συγκατατίθεμαι· διὸ ἐν τῇ συντάξει ἐγκλιτέον ὀξύνεται γὰρ ἐπὶ ἐνεστῶτος χρόνου'. Atque etiam omnes Homeri interpretes recentiores Alexionis causam sequi coepisse laetamur.

Jamiam ad tertiam quaestionem eiusdem generis partem pervenimus testimonia nondum tractata continentem: scholl. Il. Ζ 149, 319, Ι 426, 449, Λ 395, 409, 754, quae Alexionem aliorum gramaticorum adversarium patefaciunt. Ac primum nomine tantummodo Tyrannio apellatur bis scholl. Il. Λ 395 (fr. 43) et 409 (fr. 44): priore loco Alexio cum Ascalonita κατὰ παράθεσιν legit περὶ πλέες, λέγων λείπειν τὴν αὐτόν, ἵνα ᾖ περὶ αὐτὸν (sc. corpus mortui) πλέες, Tyrannio autem περίπλεες συνθέτως ἀνέγνω, τὴν ῥι συλλαβὴν ὀξύνων. Nec vero difficile est h. l. arbitrium: Ptolemaei et Alexionis περὶ πλέες est lectio hodie vulgata. Sed altero schol. Il Λ 409 noster copulatim legit τόνδε (paroxytonon), ut responderet pronomini

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τοῦτον,[25]) Tyrannio contra de eadem causa τὸν δέ (duobus verbis), ἵνα ᾖ τοῦτον δέ, κατὰ ἀναφορὰν ὁμοίως. Doctum est ad litem dirimendam Herod. scholion, ubi ille Tyrannionis scripturam verbis οὐδὲν γὰρ ἐναντιᾶται tuetur. Quae cum ita sint, nobis quoque nihil obstat, quo minus h. l. τὸν δὲ bifariam dispertiatur. — Deinde quae Alexionis huiusmodi studiorum etiamnunc restant, plena sut concertationum contra alios carminum Homericorum interpretes, quorum nomina tacentur. Atque Il. Z 149 (fr. 29) codd. memoriam ὥς ἀνδρῶν γενεὴ ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολήγει soloecismum Alexio putabat, quo offensus aliter discripsit:

'ὥς ἀνδρῶν γενεὴ ἡμὲν φύει ἠδ' ἀπολήγει'

quod singularem numerum γενεή particulatim consecari posse in ἡ μὲν — ἡ δέ praecise negabat.[26]) Verumtamen talia interdum reperiri in aprico est, quod veterem Homeri criticum non latebet, qui Alexionis interroganti τῶς ἑνικὸν ὂν τὸ γενεὴ ἐπιμερίζεσθαι responso refragatur: κακῶς δέ· δύναται γαρ καὶ ἐξ ἑνικοῦ ἐπιμερισμὸς γενέσθαι. Deinde Il. Z 319 (fr. 31) aliquot grammatici distinxerunt:

'ἔρχος δ' ἔχεν δεκάπηχυ' (sc. Hector),

alii scilicet οἱ περὶ Ἡρακλέωνα καὶ Ἀλεξίωνα τὴν τοῦ ἕνδεκα διαστολὴν potiorem habebant:

---

25) Quae divulgat schol. Townl. h. v. (Dind.-Maass. V p. 403, 11): δύο μέρη λόγου τὸ τὸν δέ, ὥς φησιν Ἀλεξίων κτέ librarii errorem esse non pluribus moneatur oportet; omisit haud dubie οὐχ ἕν post τὸν δέ, cf. Herod. schol. cod. *A* ad. h. v.

26) Hoc testimonium debetur scholiastae cod. Lipsiensis (L). In cod. *A* eadem traduntur Alexione omisso: ἡμὲν — 'δ] ἀντὶ τοῦ καὶ. δύναται δὲ καὶ ἄρθρα εἶναι· βέλτιον δὲ τὸν σύνηθεσμον παραλαβεῖν, unde Herodianum Prosod. Il. h. l. (L. II, p. 54, 21) Alexionis sectatorem fuisse liquido apparet.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

'ἔγχος δ' ἔχ' ἑνδεκάπηχυ,[27])
quoniam τὰ ναύμαχα τὰ ἐκ δύο συμβληθέντα καὶ κολληθέντα (hastae sc. usui pugnarum navalium accomodatae) Il. *O* 678 nominantur δυωκαιεικοσίπηχυ (cf. schol. h. v.). Qua causa si discesseris, eo quoque alteram lectionem refutari arbitramur, quod poeta, si hastam decem cubitorum finxisset, sine dubio scripturus fuerit omissa littera *ν* paragocica, quod h. l. superfluum videretur:

'ἔγχος δ' ἔχε δεκάπηχυ,'
quod, cum metrum renuat, Alexionis rationi atque Heracleonis postponatur. Tum minoris ponderis sunt scholl. Il. *I* 426 et 449, quae fusius explicare supersedemus: Il. *I* 426 (fr. 37) scripsit Alexio (idem Ptolemaeus atque Herodianus) ἐμεῦ ἀπομηνίσαντος per analogiam vs. Il. *B* 772, alii perperam ἐμεῦ ὅπο μηνίσαντος, dein Il. *I* 449 (fr. 38) secundum paradosin Herodiano probante legendum censuit παλλακίδος περιχώσατο καλλικόμοιο, ut composito maior iracundiae gradus significaretur, alii vix rectius παλλακίδος πέρι χώσατο, ut procedat περὶ παλλακίδος.

Plane propria ac singulari ratione est schol. Il. *Λ* 754 (fr. 49), ubi Alexionem, quod permirum videtur, — sicuti schol. Il. *H* 177 (v. supra p. 74 sq.) nescientem invenimus, utrum scribendum sit δι' ἀσπιδέος an διὰ σπιδέος. Alii vero grammatici, qui Homeri poematis explicandis operam dederunt et inter eos principes artis grammaticae sive hoc sive illud receperunt, velut Aristarchus, Crates, Ptolemaeus Ascalonita δι' ἀσπιδέος, Zenodotos, Amerias, Herodianus alii διὰ σπιδέος; Alexio autem incertus, quid ageret, utrumque probavit et ἀσπιδέος et σπι-

27) Ptolemaeus h. l. nihil praeoptasse fertur; legimus in eod. schol.: 'ὁ μὲν οὖν Ἀσκαλωνίτης οὐδεμίαν προκρίνει.'

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

δέος, qua via eum hodie viri in cognitione rerum indaganda sagaciores nequaquam secuntur; longe plurimi potius Spitznero assentiuntur, qui rem difficillimam utrobique rimatus[28]) *σπιδέος* vere dici putat, cuius iudicio ex ratione linguistica nova argumentorum subsidia adiunxit Clemmius,[29]) qui probabili ratione arbitratur vocem derivandam esse ut *σπι-ϑ-αμή* de stirpe *σπα*, ut *σπιδέος* significet, quod iam antiqui volebant, *μακρός* i. e. extensus.

Sed nolumus in his longius morari, ne supra modum excedere videamur: Sequantur igitur nonnullae Alexionis observationes, quae ad aspirationem spectant, scholl. Il. *Z* 239, *I* 6, *M* 205; in his vetustiorum temporum viros doctissimos haec proclamasse cognoscitur:

	Herod. Prosod. Il. *A*	Alexio	Aristarchus	Nicias	Pamphilus	Ptolem. Ascal.	Herodianus	*οἱ ἄλλοι*
1.	*Z* 239	*ἕτας*	vacill. inter *ἕτας* et *ἕτας*	—	—	*ἕτας*	*ἕτας*	—
2.	*I* 6	*ἄμιδις*	id	*ἄμυδις*	*ἄαυδις*	id.	—	—
3.	*M* 205	*ἰδνωϑείς*	–	—	—	—	—	id.

De spiritu vocis *ἕτης* inter veteres consensum non fuisse schol. Il. *Z* 239 (fr. 30) ab Herodiano edocemur; neque mirum, quia *Ἀρίσταρχος οὐδὲν ἄντικρυς περὶ τοῦ πνεύματος ἀπεφήνατο.* Atque Herodianus ipse Ascalonita auctore lenem commendavit, quem hodie etiam edd. et lexicographi tuentur; Alexio unus de omni grammaticorum grege vocabulum

28) In edit. Iliad. excurs. XXI.
29) Curtii studia VIII, p. 116.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aspero notavit ὡς ἀπὸ τοῦ ἑταῖρος συγκοπέν. Neque aliter Ptolemaeus[30]) sensisse pro certo putandus est, si schol. ineunte legitur: εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἑταίρων φησί (sc. Ascalonita), πάλιν ψιλωτέον, ἐπεὶ συγκοπὴ ἐγένετο ὡς ἀπὸ τοῦ ἥλατο ὦλτο. Quae argutiae hominum imperitorum respondent istis hariolationibus perversae etymologiae rationis, cuius exempla supra p. 52 sq. enumeravimus plurima. Neque immerito suspicari licet Alexionem studiis etymologicis adductum esse, us ἔτης cum ἑταῖρος cohaerere crederet. Attamen ad tantam audaciam aliorum progredi dubitavit, qui pluralem ἕται facilius derivari posse putarent, cum ἑταῖροι simpliciter syllabam postremam abiciat cf. schol. *B* Il. *I* 464 (Dind. III, p. 404, 8) ἕται] ἑταῖροι, πολῖται κατὰ ἀποκοπήν.[31])

Alexio igitur quamquam hanc rem in peiorem partem rapuit, tamen recte in hac salebrosa regione spirituum egisse putandus est in iis, quae scripta videmus in scholl. Il. *I* 6 et *M* 205: nam cum Aristarcho et Ptolomaeo etiam οἱ περὶ Ἀλεξίωνα praetulerunt ἄμυδις *I* 6 (fr. 35), Nicias et Pamphilus cum aspero ἅμυδις, cum ad ἅμα vocabulum revocarent. Sed in errore hi grammatici versabantur: sane nemo ἄμυδις de ἅμα longius formatum esse negabit, tamen saepius asperum in lenem immutari illis sciendum erat, quod exempla docent compluria ἡμέρα ἦμαρ, ἡδονή ἦδος, alia. Praeterea vero forma certissima dialecti Aeolicae vestigia prae se fert, itaque est καὶ ὁ τόνος Αἰολικὸς καὶ τὸ πνεῦμα; ψίλωσιν etiam cum maiore

30) Baege l. c. p. 47 sq.

31) De vera vocabuli etymologia, quod primitus digamma in fronte habuit, cf. Boeckh C. J. G. I, p. 26 nr. 11; L. Lange, de ephetarum Atheniensium nomine p. 11 sq; Curtius, Griech. Etym.[5] p. 686.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

grammaticorum parte Alexio recepit Il. *M* 205 (fr. 52) in voce *ἰδνωθείς*. Huiusque Alexionis studia de aspiratione perduxisse satis habeo. Nonnulla deinde supersunt fragmina, quae in se capiunt miscellanea quaedam grammatica ac quasi per saturam collata; sicuti ad orthographiam spectant scholl. Il. *Λ* 799 et *O* 309, ad sensum verborumque interpretationem scholl. Il. *Λ* 383 et *Σ* 77, ad paradosin schol. Il *Λ* 385, ad Aristarchi scriptiones scholl. Il. *N* 191 et *Ξ* 249; denique Alexio ipse coniecturam promulgat schol. Gen. Il. *Φ* 282. Concessa igitur varia rerum multitudine nunc omnia uno ordine composita (neque enim unius cuiusque generis tam multa reperiuntur, ut singula seorsim disponere consultius fuerit) paucissimis in calce sermonis perscrutemur:

	Schol. Il. *Λ*	Alexio	Zenodotus	Aristarchus	Parmeniscus	Ptolem. Ascal.	Herodianus	*οἱ ἄλλοι*
1.	*Λ* 383	*οἵ τε σὲ*	—	—	—	—	—	*οἵ τέ σε*
2.	*Λ* 385	*κέραι* dat sing. id. paradosis.	—	id.	—	—	—	*κέρα* vel *κέρ'* nom. plur. neutr. gen.
3.	*Λ* 799	*ἴσκοντες*	id.	*εἴσκοντες*	—	—	id.	—
4.	*N* 191	testatur Aristarch. scrips. *χροός*, Tyrannionem *χρόος*	*χρώς*	*χρόος* (*διηρημένως ἀντὶ τοῦ χρώς*)	—	—	*χροός* genet. praef.	—
5.	*Ξ* 249	*ἄλλο τεή*	*ἄλλο τεῇ . . . ἐφετμῇ.* id. Ptolemaeus *ὁ ἐπιθέτης*	id.	*ἄλλοτε ἦ . . . ἐφετμῇ*	—	id.	—

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

	Schol. Il. Λ	Alexio	Zenodotus	Aristarchus	Parmeniscus	Ptolem. Ascal.	Herodianus	οἱ ἄλλοι
6.	Ο 309	ἀμφιδάσειαν accipit σύνθετον	—	—	—	id.	aliter accipit παρασύνθετον	—
7.	Σ 77	ἀεκήλια = ἀκούσια	—	ἀεκήλια = οὐχ ἥσυχα sive ταραχώδη	—	ἀεκήλια = οὐχ ἥσυχα	—	—
8.	Gen. Φ 282	ἐρθέντα	—	—	—	ἐρχθέντα	ἐρχθέντα	εἰρχθέντ' ed. Mass., εἰλθέντ' Crates.

Quo eventu hoc campo Alexio rem gesserit, nunc deinceps ostendamus. Brevi defungimur scholl. Il. Λ 383 et 799: ineunte vs. Il. Λ 383 (fr. 41) pronomen σε (sc. Diomedem, quem Alexander maledictis increpat) pronuntiando insignire et ideo scribi voluit οἵ τε σέ, quod Herodianus respuit: οὐκ, ait, ἀναγκαῖον ἀντιδιαστέλλειν . . . δύναται γὰρ καὶ ἀπόλυτος εἶναι; legunt igitur omnes οἵ τέ σε. Sed altero versu eiusdem carminis Λ 799 (fr. 50) Alexionem feliciter Aristarchi rationem εἴσκοντες pro ἴσκοντες scribendi Herodiano adiuvante impugnasse libere assentior. Idem vero in re critica factitanda ac lectionibus eligendis Aristarchi se praestitit propugnatorem scholl. Il. Λ 385 N 191, Ξ 249; me hercle nulli critico meliori se adiungere potuit. Quantam molestiam atque incommoditatem versus, de quibus protinus agetur, grammaticis effecerint, scholiorum farragine certiores facti sumus. Ac primum quidem locum inquirendi sibi poscit vs. Il Λ 385 (fr. 42) ex oratione invectiva Diomedis ad Paridem:

'τοξότα, λωβητήρ, κέραι ἀγλαέ, παρθενοπῖπα',

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

in quo dativi formam κέραι sive κέρᾳ, quae tum ad arcum Alexandri spectaret, nempe paradosin, longe plurimi receperunt, in his cum Aristarcho (cf. Ariston. schol. h. v. p. 195 Friedl.) etiam Alexio; alii a consilio poetae haud dubie in deterius deflexerunt κέρα sive κέρ' (sine ι) accusat. neutr. plur. interpretando τρίχωσιν καὶ ἐμπλοκῆς εἶδος, id quod ab Homeri ratione dicendi alienum esse optime Herodianus autumat: τοσοῦτον δὲ ἔχω νῦν παραφυλάξαι ἐπὶ τοῦ ποιητοῦ, ὡς ὅτι σπάνιόν ἐστιν ἐπὶ ἀνθρωπίνης φύσεως παρὰ τῷ ποιητῇ τὸ κέρας ἐπὶ τριχὸς τίσσεσθαι. κόμην δὲ λέγει καὶ τρίχας καὶ πλοκάμους καὶ ἐθείρας., Deinde simillima pugna critica exarserat vs. Il. *N* 191 sq. (fr. 53):

'Αἴας δ' ὁρμηθέντος ὀρέξατο δουρὶ φαεινῷ
Ἕκτορος· ἀλλ' οὔ πῃ χρὼς εἴσατο . . .'

de forma χρώς (vs. 191) sc. nominativo, qui inter antiquos interpretes accerrimum tutorem habuit Zenodotum; alii autem hac via tritissima egressi inter χρόος nominativum ac χροός genetivum, qui aptius in sermonis circuitum illis quadrare videbatur, animi pendebant. Nunc autem res multo fit nobis impeditior, quod ne veteres quidem, quidnam Aristarchus tuitus sit, conspirant ac firmissime asseverant: Alexio enim — se ipse colloquiis grammaticorum immiscere noluit — genetivi formam χροός, Tyrannio, quocum Didymus convenit,[32]) nominativum χρόος Aristarchum legisse contendunt. Herodianus vero, quamquam illud praetulit, utramque lectionem tolerari posse existumat, etiamsi difficultates non ignorat: ἐὰν μὲν χρόος ὡς πόλος κατ' εὐθεῖαν πτῶσιν ἀναγνῶμεν, ἔσται

32) Cf. Didym. fr. coll. M. Schmidt p. 148: 'οὕτως αἱ Ἀριστάρχου χρόος, ὡς λόγος· βούλεται δὲ διῃρῆσθαι τὴν εὐθεῖαν'.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τὸ λεγόμενον, ἀλλ' οὐδαμῶς ὁ χρὼς ἐφάνη. ἐὰν δὲ χροὸς ὡς σοφός κατὰ γενικὴν πτῶσιν, ἔσται, ἀλλ' οὐδαμῶς τοῦ χρωτὸς διῆλθε· τὸ γὰρ εἴσομαι καὶ τὸ φαιῆνει σημαίνει καὶ τὸ διελθεῖν. Nos quidem Duentzerum l. c. p. 90 sequamur, qui 'nominativi formam χρόος nihili censet, cum χρώς non e χρόος contractum, sed nominativus thematis χρωτ sit, neque casus χροός, χροΐ, χρόα talem nominativum admittunt.' Neque genetivum ponere licet, qui h. l. significaret διὰ χροός,[33]) cum praepositio deesse non possit. Quae cum ita sint, cum recc. editoribus Aristarchi scripturam, quae Alexionis cura ab oblivione vindicata Herodiano probatur, reiciendam atque Zenodoteam (sc. χρώς nomin.) unice veram esse cum Duentzero persuasum habeo. — Moleste etiam hodie critici adeunt tertium vs. Il. Ξ 249 (fr. 55):

'ἤδη γάρ με καὶ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσσεν ἐφεθμή',

ubi ἄλλο τεὴ validissima Aristarchi auctoritate confirmatum multiplicato sonu ab Alexione, tunc etiam ab Herodiano redditur; alii et ipsi ante Aristarchum manu correctrici adhibita ad emendandum confugerunt, ut Zenodotus ac Ptolemaeus ὁ ἐπιθέτης utilissime coniecerunt dativum ἄλλο τεῖ . . . . ἐφεθμῇ, Parmeniscus autem ἐπίρρημα accepit τὸ ἄλλοτε, καὶ δασύνει τὸ ῆ, καὶ περισπᾷ ἐπὶ δοτικῆς πτώσεως, ἵνα ὑπάρχῃ ὁ Ζεὺς τῇ ἦ με ἐσωφρόνισεν ἐντολῇ. Sed esto; non meum est, ne prolixi videamur, opinationum copiam, quae nostris temporibus prolata est,[34]) plurimis ventilare: nobis

33) Cf. schol. Townl. ad h. l. (Dind. Maass VI, p. 15, 23).

34) Cf. K. Brugmann, ein Problem der hom. Textkr. und der vgl. Sprachwiss. 1876, p. 64; legit h. l. καὶ ἄλλοθ' ἑῇ ἐπίνυσσες ἐφετμῇ, quod pluribus refellit Ed. Kammer, Bursian. annal. V (1877), p. 115 sq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

abunde demonstrasse sufficiat Alexionem etiam h. l. Aristarchi comitem esse.

Non modo summas laudes assequi, sed etiam plurimum periclitari possunt critici, qui non solum aliorum rationes comprobare seu oppugnare, sed etiam sententiarum varietate abundantes cognita novare seu coniecturas cudere sibi constituunt. De Alexione talia vix feruntur: semel de coniectura, quam machinatus est, audimus schol. Gen. Il. Φ 282 (fr. 62): *Ἀλεξίων ὁ χωλός φησι δεῖ γράφειν 'ἐρθέντα' χωρὶς τοῦ χ. οὐ γὰρ παρὰ τὸ εἰρχθῆναι, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἔρσαι, ὅ ἐστι πνῖξαι.* Sed hoc levidense vereor ne nemini probetur; neque enim simplex *ἔρσαι* apud Homerum accurrit, sed usque quaque *ἀποέρσαι* compositum iisque locis, qui ipsi Alexioni suppetunt Il. Φ 283 (in vs. sequente, quo fortasse ille ad coniecturam perductus est) deinde Il. Φ 28, Z 348. Ceterum censeo vulgatam *ἐρχθέντ'* esse tenendam.

Superest, ut ad extrema Alexionis rudera disputatio transeat. Qua in re versanti primum mihi nihili visum est, quod monuit schol. Il. Σ 77 (fr. 61) *ἀεκήλια* idem esse atque *ἀκούσια, ἃ οὐκ ἄν τις ἑκὼν πάθοι.* Etsi non nullis iam antea hoc probabile videbatur,[35]) tamen Aristarchi hodie et Ptolemaei interpretatio valet ac semper valebit, quae apud Herodianum exstat: *ὁ Ἀσκαλωνίτης ἀεκήλια, οἷον οὐχ ἥσυχα οὐδὲ εἰρηνικά, ἐπεὶ ἕκηλος ὁ ἥσυχος, ὥςτε στέρησιν αὐτὸν ἐκδέχεσθαι. οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος, οἷον ταραχώδη.* — Postremo toto genere veterum grammaticorum quisquiliae repetuntur schol. Il. O 309 (fr. 57), quocum conferas Herod. Prosod. cath. libr. *ια'* L. I, p. 249, 6 (fr. 25); utroque loco Alexio et Ascalonita *ἀμφιδάσεια* et

35) Cf. Herod. schol. a. h. v.: *καὶ ἔχονται τοῦ δηλουμένου* (sc. Alexio eiusque sectatores).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἱπποδάσεια vocabula putabant σύνθετα i. e. composita ex ἀμφὶ sive ἵππος et δασεῖα, cui rationi Herodianus obstitit, qui παρασύνθετα i. e. aut decomposita aut ex compositis derivata esse volebat: ἀμφιδάσειαν] τρίτη ἀπὸ τέλους ἡ ὀξεῖα ὁμοίως τῷ χαλκοβάρεια. ὅτι δὲ οὐχ, ὡς οἴεται ὁ Ἀσκαλωνίτης καὶ Ἀλεξίων, σύνθετόν ἐστιν ἀλλὰ παρασύνθετον, εἴρηται ἡμῖν ἐν τῷ περὶ τοῦ ἠριγένεια. Quibusnam causis permotus Herodianus tale statuerit, cum disputatio de voce ἠριγένεια perierit, prorsus ignoratur, attamen nonnulla divinare licet, quia certas vocabulorum notas, quae veteres παρασύνθετα putabant, duas potissimum valuisse scimus: primum accentum non retractum, sed eundem servatum, quem simplex habebat[36]); deinde alterum iudicium veteres inde sibi deprehendisse videbantur, quod feminini formam propriam vocula haberet[37]); hoc argumento ex Baegii[38]) sententia Herodianus fortasse ἀμφιδάσεια et ἱπποδάσεια putavit parasynthesa, contra Alexio et Ptolemaeus alteram Apollonii Dyscoli rationem secuti, syntheta. Sed haec longius persequi supersedeo, cum Herodiani opinionis argumenta, ut supra dictum est, obscura sint vel potius incognita.

36) Apollon. de construct. p. 324. 20: αἱ τάσεις τῶν τε ἁπλῶν καὶ τῶν δοκούντων συνθέτων εἶναι τὸν αὐτὸν ἐπέχουσι τόνον, ἐπεὶ τὰ ἁπλᾶ καὶ παρασύνθετα μιᾶς ἔχεται ἀναλογίας . . . . σύνθετον γοῦν φαμεν τὸ ἐξ ὀξυτόνου εἰς βαρεῖαν τάσιν μετεληλυθός, ἐπὶ τῶν εἰς ος πάνσοφος, νεάοιδος (cf. Lob. Parall. p. 495), παρασύνθετον δὲ τὸ μὴ ἀναβιβάσαν τὸν τόνον; inde διαμετρητός et ἐκλεκτός (cf. Herod. schol. Il. Γ 344, L. II, p. 41, 24; Etym. M. p. 269, 3; Cram. Anecd. Oxon. I, p. 113, 18) parasyntheta sunt, syntheton autem ἐπίλεκτος ex ἐπί et λεκτός compositum v. Etym. M. pagg. 474, 18; 643, 7.

37) Etym. M. p. 794, 20: φιλοστοργότερος ἀπὸ τοῦ φιλόστοργος· οὐ γάρ ἐστι σύνθετον, ἀλλὰ παρασύνθετον· εἰ γὰρ ἦν σύνθετον, ὤφειλεν εἶναι κοινὸν τῷ γένει ὡς τὸ φιλότεκνος cf. Etym. M. p. 11, 16; Schol. Townl. Il, Π 428 (Dind.-Maass VI, p. 191, 1).

38) l. c. p. 55.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Alexio ut totiens in scholl. Iliadis memoratur, ita semel tantum factum est, ut in Odysseae commentariis nomen compareat sive iniquitate temporum, quae Odysseae studiis parum fautrix plura ad posteritatem venire noluit sive — quod mihi quidem veri similius videtur — omnem studiorum diligentiam iste in Iliade posuit atque Odysseae prosodiam neglexit. Nam quod eo auctore schol. Od. δ 12 (fr. 3) traditur servae, ex qua Menelaus Megapenthen genuit, nomen fuisse *Τειρίς*, equidem memor Probi schol. Verg. Georg III, 6 (fr. 2) ad librum 'Onomacritos' (fort. *ὀνομαστικόν* v. supra p. 50) rettulerim, in quo fabulas, si occasio tulerit, ac mythologiam ille breviter strinxisse videtur. Sed ad solidiora revertamur. Masculinum *δοῦλος* quia Homeri verborum supellectili deest, Aristarchus, ut videtur, vs. Il. Γ 409, ubi feminini formam *δούλην* invenies, expunxit, cum nostro loco Od. δ 12, ubi eadem forma feminini generis occurit, *δούλης* pro nomine proprio intellexit.[39]) Nonnulli vero contrariam sententiam tuiti ancillae alii aliud nomen indiderunt aut *Πιερίς* aut *Τηρηίς*,[40]) vel quod idem scholiographus refert, Zeuxippi cuiusdam filiam *Τηρίς* nominabant aut *Γέτις*, ut scriptor carminum '*Νόστοι*'.

Jam ad finem properamus. Neminem ex mea disputatione non intellexisse spero Alexionem grammaticum, cuius studia Homerica, ut aequum est, quam accuratissime absolvimus vere dignum esse, qui ex

39) Cf. Aristonici schol. ad. h. v. p. 41 Carnuth: '*τινὲς δὲ τὸ δούλης κύριόν φασι διὰ τὸ μηδέποτε οὕτω λέγειν τὸν ποιητὴν τὴν θεράπαιναν· διὸ καὶ τὸ 'εἰς ὅκε σ' ἢ ἄλοχον ποιήσεται ἢ ὅγε δούλην* (Il. Γ 409) *ἀθετοῦσιν*'.

40) Cf. Apollod. biblioth. III, 11, 1: '*Μενέλαος μὲν οὖν ἐξ Ἑλένης Ἑρμιόνην ἐγέννησε καὶ κατά τινας Νικόστρατον, ἐκ δούλης δὲ Πιερίδος, γένος Αἰτωλίδος ἢ καθάπερ Ἀκούσιλαός φησι, Τηρηίδος Μεγαπένθη.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

situ et tenebris suscitetur quadamque in luce collocetur. Ac si nonnullis longius exspatiati sumus quam forma et indoles argumenti forte requirunt, cum Lehrsio cogitandum est: 'non licet breves esse, si quid in utramque partem disputabile est, nisi vanam insumere velis ac nemini vel ad eandem quaestionem vel ad alias profuturam'[41]. Ipsi vero sin ad ea, quae commode de hisce reliquiis exposita sunt, respicimus quaerimusque, quae maxime sint Alexionis in hac spinosa artis grammaticae regione merita, iterum monendum est, quod in ipso orationis fronte diximus, lectiones, quarum auctor in scholiis fertur, ut Tyrannionis, Ptolemaei Ascalonitae, aliorum longe maximam partem ipsum Homeri contextum non tangere: continentur accentu, aspiratione, interpunctione, vocabulis coniungendis disiungendisve iisque quae omnia pro illorum temporum studiis in grammaticorum iudicio collocata erant. Quibus in rebus etsi interdum se praebet perabsurdum nec semper felicissimum, tamen ea de causa omnem laudem illis notulis denegare est iniquum, quandoquidem nihil peccaverit nisi quod vel doctissimus illius aetatis grammaticus. Quae cum ita sint, Alexionem, hominem mediocris ingenii, in numero eorum grammaticorum referam, qui propriam haberent viam, qua de re grammatica iudicarent neque uni alterive scholae adiuncti magistri verba, ut Aristarchi aliorumque interpretum priorum temporum, perpetuo repeterent; quapropter illi, licet plura deformaverit, ut multis solacio sit Goethii nostratis dictum:

'Denn Homeride zu sein, auch nur als letzter
ist schön'.

Fuit certe Alexio non ultimus.

41) Analecta gramm. c. I. De Asclepiade Myrleano p. 30.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf